



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**


**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Pars III. In qua agitur de ijs, quæ in sancto hoc orationis mentalis exercitio,  
& sanctoru[m] mysteriorum co[n]sideratione serunda sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)

rando eosdem ædificando, & prout  
potuerit omnibus benefaciendo.



PARS TERTIA.

IN QVA AGITVR,  
DE IIS, QVAE IN SAN-  
CTO HOC ORATIONIS  
mentalis exercitio, & Sanctorum  
mysteriorum consideratio-  
ne seruanda sunt.

**C**UM dixerimus, quomodo ad  
sanctum hoc exercitium para-  
re se debeat anima, deq. rebus  
qua meditationis tempore consideran-  
da sunt: & cum affectus quos hinc eli-  
cere debet, profecuti simus; iam ali-  
quot documenta quibus homo in hoc  
exercitio iuuari, meliusq. proficere  
possit, & quibus dubia quæ aliquibus  
forsan hic occurrant, declarentur, &  
aliquot errores ac defectus, qui hic con-  
tingere possint, impediuntur, propone-  
mus: Nam quoniam exercitium hoc

270 FRANC. ARIAS PARS II  
in se aded diuinum est. ac efficacissimum  
ad animas conseruandas, omni vitium  
genere complendas, & ad pro-  
fessionē caritatis adducendas melioribus  
hinc gloria Dei inimicus, & omnia  
animarum nostrarum boni aduersarij  
demon, quibus penitus affectum & in-  
clinationem erga sanctū hoc exercitium  
tollere non potest, varijs tentationum  
generibus utilitatem & fructum eorū  
dem impedire conatur. Proinde ubi  
fuerit aduersus tentationes eius, salu-  
taria, (quæ sacra Scriptura sagaciter  
quæq; Sancti quam coelitus accep-  
erunt luce, & experientia ipsa, aduer-  
sus inimici tentationes superandas, &  
è Sanctorum mysteriorum considera-  
tione fructum amplissimum collige-  
dum, vtilia esse compererunt) de-  
cumenta ac consilia vsur-  
pare.

## CAPVT I.

De puritate finis in sancto hoc exerci-  
tio habenda.

**P**RAECIPVVM, quod  
in bonis iustorum ope-  
ribus spectat Deus, fi-  
nis est & intentio, qua  
fiat, si enim bonus desit finis, etiam  
maxima pereunt: si debitum verò fi-  
nem habeant, quantumcumque et-  
iam parua, ingentis coram Deo pre-  
tij & valoris sunt. Et velut aedificiū  
columnis & fulcris innixum, ipsē  
sustentatur, & columnæ ipsis basi-  
bus, quæ earum quodammodo sunt  
pedes, ita inquit S. Gregorius, vita  
nostra fundatur & sustentatur vir. *In Moral.*  
tutibus, hæc autem intentione & finis *lib. 30 c. 6*  
qua fiunt nituntur. Atque hoc est, *in noua*  
quod Christus apud S. Lucam ait, *edit.*  
*Luc. 11.*  
Si oculus tuus fuerit simplex, totum  
corpus tuum lucidum erit: si autem  
nequam fuerit, etiam corpus tuum  
tenebrosum erit: id est, si animæ in-  
ten-

In omni opere bono non requiritur bona intentio.

tentio recta & pura fuerit, ut solum Deum, vnicum & summum bonum spectet, omnia bona opera hoc fine facta, clara, lucida, pulchra, Deo gratia erunt; si autem recta non fuerit, nec Deum, sed alia bona terrena inordinatè dilecta, spectet, opera hoc fine facta, peccata, id est, operum tenebrarum, erunt. Tamen si autem in omnibus bonis operibus exercitijsque sanctis contendendum sit, bonus illorum sit finis, puraque intentio; in oratione tamen mentali & diuinorum mysteriorum consideratione, de qua agimus, imprimis id est necessarium, nam de fine eius,

Maximè in mentali oratione.

si solliciti simus, non modo vnum opus bonum meremur, sed reliquas etiam virtutes earumque perfectiones, quæ ab hoc exercitio, velut à medio, quo comparantur dependent. Si autem in fine qui his in exercitijs habendus erremus; non vnum modò opus bonum perdimus, verum etiam periculo nos exponimus, ne in omnia peccata & laqueos demonis ineamus, in quos inciderunt, qui

qui in sancto hoc exercitio non Deū  
& verum virtutum finē, sed seipfos  
quæsiere, & alios fines sinistros &  
ab amore proprio natos spectarunt.  
A quo nos malo Dei gratiâ facile  
expediemus, si quod iam tradituri  
sumus documentum, admittere vo-  
luerimus.

Primarius, quem in sancto hoc Cuius fi-  
exercitio spectare debemus finis, & nis pri-  
quo ad ipsum accedere, in eoq; per- marius es-  
severare nos oportet, intentio est, se debet.  
opus bonum ac sanctum facere, vt Dei ho-  
Deo soli placeamus, & aliqua ratio- nor & glo-  
ria.  
ne illi pro infinitis quibus illi ob-  
stricti sumus nominibus satisfaciamus;  
quod ipse sit Deus, ac propter  
innumera, quæ ab ipso accepimus,  
beneficia. Deinde vt huius exercitij  
adminiculo, à Deo lucem & ingens  
ad melius illi ac perfectiùs seruien-  
dum, exactè omnia eius præcepta  
servando & consilia sequendo, & e-  
contra magno studio & contentio-  
ne omnia peccata, magna simul &  
parva, mortalia & venialia, quantū  
possimus, (quò est perfectè & inte-  
grè:

274 FRANC. ARIAS CAP. I  
grè voluntatem eius perfecto  
nium virtutum exercitio perfecti  
vitando, robar consequamur. Ha  
quamuis alij in sancto hoc oratio  
nis mentalis exercitio effectus,  
fructus excellentes ac peritiles  
quales sunt meliùs diuina mysteria  
intelligere, maiori eadem claritate  
perspicere, Deum gustare, in illis  
eius operibus delectari, pacem  
quietem interiùs persentire, sensus  
& motiones spirituales habere, di  
uinas experiri consolationes, deu  
tionis effundere lacrymas, delectationem  
ac dulcedinem spiritus experiri,  
gaudium & exultationem animi re  
cipere, & alia similia, quæ quidem  
essentialis virtus non sunt, sed eius  
dem adiumenta, effectus & fructus  
hæc tamen omnia primariùs non  
sunt finis, qui imprimis hic spectan  
dus est. Nam hæc aliquod nostrum  
commodum ac priuatam consolati  
onem spectant: primariùs autem  
finis non nostrum commodum, sed  
Dei gloriam purè spectet necesse  
est, non nostram vtilitatem, sed vo  
luntatem.

DE ORAT. MENTALI. 275

Unitatis diuinę complementum; nec  
 ut ipsi in Deo eiusque operibus gu-  
 stum voluptatęq; sensibile, sed ipse  
 in nobis persentiat, nostrisq; ope-  
 ribus delectetur. Hoc verę est Deum  
 querere, non verō nos ipsos; hoc  
 Dei est amore moueri, non proprio:  
 hoc Dei voluntatem ambire, non  
 propriam.

Dignę profectō exponi diciq; ne-  
 quit, quanti referat intentione  
 pura in sancto hoc opere procede-  
 re, ipsum ad finem & scopum, quem  
 diximus, dirigendo. Nam si in operi-  
 bus vilibus, ut sunt comedere, bibe-  
 re, dormire, similiaq; necesse sit, &  
 vile etiam Dei gloriā spectare; ut  
 scilicet hæc non ob nostrum com-  
 modum & consolationem, sed ad  
 ordinationem & voluntatem diui-  
 nam complendam utq; vita & vi-  
 res ad illi seruiendam sufficiant, (ut  
 Apostolus exigit dicens; *Sine man-* 1. Cor. 10.  
*ducatis, siue bibitis, siue aliud quid fa-*  
*ciatis, omnia in Dei gloriā facite.*) per-  
 agamus: quā necessarium atque  
 utile fuerit, in opere adeō sublimi

M 6 spiri-



spirituali, & religioni proprio, quale est oratio & diuinorū mysteriorū cōsideratio, diuinā gloriā, vt hinc spectare? vt sc. vt diximus, opus hoc faciamus, vt Deo placeamus, & alio quo, illi ob ea, quæ illi debem⁹, modo gratificemur, vireſq; ad meli⁹ illi seruiendū nanciscamur. Nam vt melius est damnum & foedius, si pretiosa & sacra vestis, verbi gratia, cassula ad sacra celebranda, macula & labe foeda inquinatur, quàm si vestis aliqua communis ac secundaria: ut opus adeò pretiosum, Deoque per virtutem religionis adeò sacramentum quale est oratio & contemplatio, aliqua sinistra intentionis macula & proprii amoris sine inficere, maior animæ damnum, & ante Dei oculos foedius est, quàm si in ordinarijs & cōmunibus operibus huiusmodi defectus reperiretur. Hinc nat⁹ ille castigationes quas in illos, qui in sancto hoc exercitio se ipsos nō Deum quæsiere, immisit, sinendo sc. eos in graues diaboli illusiones, in obstinationem & reprobū sensum cadere.

Deluduntur sæpius qui se hic quærunt.

DE ORAT. MENTALI. 277

dere . Nam vt in Ecclesia Dei non sunt, nec fuere vlli in spiritualibus viliores maiorisque splendoris & nominis, quam qui pura intentione sancto huic exercitio vacarūt: (vt in omnibus SS. illis, qui hinc virtutum omniū perfectionē hausere, videre est) ita è contra in illis, qui Deo seruire, & rebus studere spiritualibus coepere, terribiliora iudicia & funestiores successus nō sunt visi, quā in illis, qui res sacras & religiosas ad fines sensuales aut amorē inordinatū direxere. Hęc dico, nō vt propterea animum quis despondeat; qui enim sincerè hic processerit, ab omnibus hisce inconuenientibus & malis liber erit; verū vt consilium hoc magni faciamus, maioriq̃ cum diligentia ipsum executioni mandemus, hoc in exercitio explorantes, vt inquit Apostolus, *qua sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta*, id est, experientes & re ipsa voluntatē Dei complentes, quod illi placet, quodq̃ in diuinis oculis eius perfectum est, faciendo.

Et cadunt  
grauius.

Rom. 12.

M 7

Ex

Ex hac recta intentione, inter bona, sequitur, quod quamvis quod nullum in oratione senserit gustum non pacem, non affectus suaves, ac consolationem, aut aliquam pietatem, sed mente distractus fuerit tentationibus impeditus, non propterea contristatus animum despondeat, aut in sancto hoc exercitio pefcat, sed pacificè ac quietè se gerat, ad idem prosequendum, in quo eodem perseverandum sit animus. Nam quoniam primaria eius intentio erat, bonum hoc opus facere, ac per ipsum Deo servire, ac placere, & ad magis illi seruiendum gratiam & vires obtinere; hinc horum nihil omninò amisit. nam quamvis Deus servus nullum in oratione motum sensumque aut gustum sentiat, sed imaginando distractus sit, & miser aridus, utcumque, quod in se est, auxiliante Dei gratia & ope faciendo, non propterea opus hoc valde Deo gratum, & magni coram illo pretii meriti que esse desinit: imò sæpe illi gratius est maiorisque meriti, quam si magis

Non orat  
in vanum  
quò gusti  
non sen-  
tit.

si magna cum deuotione & consola-  
 tione ipsum peregisset, quod in eo  
 propter Dei amorem & beneplaci-  
 tum, maiorem laborem & difficul-  
 tatem subierit. Nec obstat etiam  
 quo minus hac oratione & medita-  
 tione gratiam, ad melius Domino  
 seruiendū, & magis in illius amore  
 originenaque virtute, quamuis non  
 sentiat, proficiendum nanciscatur. simile.  
 vefteri in aegrotō videmus, qui escā  
 substantiosam comedendo, quamuis  
 palato inspidam & ingrātam, imō  
 stomachum ad nauſeam prouocan- Finem  
 tem, verè robur, vires, ac vigorem principalem con-  
 ſibi comparat, eademque se conser- ſequitur.  
 uat, & crescit, etſi horum nihil ipse  
 ſentiat. Ergo cum ipse Dei seruus,  
 qui hoc ſine orat & meditat, prin-  
 cipale hoc bonum quod ſpectat non  
 amittere, ſed ex Dei pietate plenè  
 ſe illud videt conſequi, etſi reliquos  
 orationis fructus non obtineat, qui-  
 eſcat & contentus maneat, Deo que  
 gratias agat, quod cum ob peccata  
 dignus eſſet, qui ad inferos detur-  
 baretur, beneplacitum ſit nihilomi-  
 nus

CAP. I  
 e, inter  
 amuis q  
 rit gultu  
 ſuaues, a  
 uam pie  
 ſus fuerit  
 , non  
 um deſp  
 exercitio  
 uietè leg  
 am, inq  
 ſit anim  
 ria eius  
 pus facit  
 ac placet  
 m gratia  
 orum nihil  
 amnis Dei  
 ne motu  
 priat, ſed  
 , & mir  
 a ſe eſt, au  
 faciendo,  
 valdè Deo  
 illo pre  
 o ſæpe illi  
 rici, quam  
 ſi ma



nus Deo in suo illum conferu  
 conspectu: cumque à parte sua  
 lum promereretur bonum, conce  
 serit tamen, vt ageret opus, quo

**Sed perse-  
 uerandū  
 & perstā-  
 dum in  
 medita-  
 tione.**

adeò sibi gratum & acceptum  
 Palladius Episcopus in Cappadocia  
 refert, se, cum cellæ esset angustius  
 inclusus, diuinis vt meditationibus  
 vacaret, & ariditate tædiosa &

cogitationum molestia exagitate-  
 tur, secum statuissè, exercitium hoc  
 penitus omittere, quòd parum hu-  
 se proficere cogitaret. Ergo ad Ma-  
 carium Alexandrinum se contulit  
 tentationem huic enarrat, remedia

**Audien-  
 dus Ma-  
 sarius.**

& consilium petens. Cui ille: Quo-  
 do hæ tibi cogitationes, fili, fugge-  
 rent, vt inde abscedas, quasi nihil  
 proficias; ipse vicissim dic: Hic ob  
 Christi amorem parietes hos serua-  
 turus manebo. suadebat scilicet fo-  
 nex, vt perseueraret, contentus, hoc  
 se opus ob solum amorem Christi  
 tametsi alium inde non colligeret  
 fructum, facere. Sapientissimum la-  
 nè responsum. Quod optari maius  
 bonum queat, quam placere Deo  
 quod

DE ORAT. MENTALI. 281

quod maius lucrum, quis amplior  
boni operis fructus desiderari pos-  
sit, quam per ipsum Deo placere:  
quæ maior gloria, quam Deum ho-  
minis operâ velle uti: bono quidem  
opere Deo placere homo non po-  
test, nisi simul & inestimabilem bea-  
titudinis thesaurum, aut amplioris  
gratiæ, sublimiorisque gloriæ aug-  
mentum sibi lucretur: tamen licet  
hoc inde lucrum non haberet, satis  
magnum tamen haud dubiè præ-  
mium esset, placere Deo. Nam hoc,  
excellensimum & gloriosissimum  
præmium est, ut eleganter inquit  
Chryostomus. Si quid inquit agere  
possis, quo Deo placeas, & præter  
hoc aliud præmium quæris, verè  
nescis, quantum sit bonum placere  
Deo. si enim scires, quale fo-  
ret, aliam mercedem  
numquam am-  
bires.

Placere  
Deo quã-  
tum præ-  
mium.

Lib. 2. de  
compun-  
sione cor-  
di.

CA-

*Et si consolationes & gustus spiritus  
non debeant esse finis, quem  
exercitio spectare quis debeat,  
men velut dona Dei admodum  
lia recipienda & habenda  
quomodo se homo gerat, quomodo  
illi aut adfuerint, aut defuerint.*

**E**X ijs quæ de fine quem spectare, & primario fructu, quæ ex horum mysteriorum consideratione elicere oportet, cogitamus, cogitare quis forsitan non haud expedire, consolationes & gustus spiritus velle & procurare, quæ parui ad vitam Christianam, & amque spirituales momenti esse, & exiguam utilitatem afferre. sed erabit, eritque prætentus ac non honestus quo suam inertes ac negligentes, qui hæc dona non recipiunt nec mortificatione affectum, nec vitam puritate, nec vigili & afflictione ad eadem obtinenda conati volunt, tepiditatem velent. Certum namque est, consolationes &

& spirituales rerum diuinarum  
 gustus magni valoris & æstimatio-  
 nis esse; Non est, vt sacra Scri-  
 ptura ait, *Obletamentum super cor-*  
*dis gaudium.* Ac proinde huiusmodi  
 gaudium & consolatio inter excel-  
 lentissima Dei dona & Spiritus san-  
 ctu fructus, qui infinitis partibus o-  
 mnia bona temporalia excedunt, re-  
 celeantur, atq; vt talia eadem pon-  
 derabat Apostolus, cum diceret, *qui*  
*consolatur humiles, consolatus est nos*  
 Deus. & alio loco, *Quonia sicut abun-*  
*dant passiones Christi in nobis, ita &*  
*per Christu abundat cōsolatio nostra.*  
 Ac proinde digna sūt, vt illa Dei ser-  
 u' amet, desideret, & ambiat, seq; ad  
 illa recipienda disponat. Quo nos  
 inuitat Psalmographus, dicens, *Gus-*  
*tate & videte quoniam suavis est Do-*  
 minus. Loquitur de visione qua cla-  
 ra & attenta consideratione intel-  
 lectus, fide viua illustrati, videtur,  
 & deque gustu, qui re ipsa per internum  
 saporem fit, id est, voluntate in amo-  
 re inflammata. Atque hoc feruen-  
 ter à Deo petebat Augustinus cum  
 diceret,

Consola-  
 tiones  
 spiritua-  
 les desi-  
 derari &  
 peti pos-  
 sunt.  
 Eccli 30.

2. Cor. 7.

2. Cor. 1.

Psalm 33.



*In Meditatione.*

diceret, Fac Domine, ut per amorem gustem, quod intellectu gusto, affectu sentiam, quod intellectu sentio.

*Quia extinguunt carnales.*

Sicut autem voluptates & consolationes sensuales, quae non haberi possunt, serui Dei abhorrent debent, quod viles & animae noxae sunt, ita econtra has spirituales consolationes & gaudia ipsos amare, desiderare & procurare par est; tum quod sint pretiosa Dei dona, vitium proximum, tum verò quod animae modum utilia. nam ut sanctus Bernardus ait, consolatio quam in rebus diuinis reperit anima, efficit vitiorum voluptates quas desiderare non repetat, gustare autem in oratione, quam dulcis & suavis fit Dominus, efficit, ut non creaturas, sed vnicum Deum, quærat.

*Serm. in Cant. Exe-chia.*

Ad hæc consolatio & gustus spiritualis amorem diuinum immensis auget. facit quippe ut animus amplius erga Deum & virtutes afficiatur, magisque in illis se exercere, vnde idem vir sanctus ait, Consolatio

*Amorem diuinum augent.*

quod sunt in oratione, quando nutritur & aduelationum quando & spe experientia

*In illud*

quod sunt in oratione, quando nutritur & aduelationum quando & spe experientia

DE ORAT. MENTALI. 285

rio deuotionis & gustus spiritalis, *Beati quō*  
ingens amoris diuini incentiuum *lugent.*  
est. Habet & alium effectum hęc cō-  
solatio & voluptas spiritalis, teste *de cōtem-*  
Dionysio Richelio, vt scilicet ho- *plat lib. 1.*  
minem in bono fortiozem constan- *c. 33.*  
tiorēq; & in sanctis operibus per-  
seuerantiorē reddat. Sunt etiam e-  
uidens ineffabilium bonorum gau-  
diorumque infinitorum, quæ iustis  
in celo promittit Deus, testimoni-  
um. Propterea Bonauentura, ijs qui *De proces-*  
Deo primū seruire incipiunt spi- *su Relig.*  
rituales cœlitus ait consolationes *proc. 3. ¶*  
dari, vt videant scilicet, quā bonū *4.*  
sit, tam suauī Domino seruire, quā *Sunt pra-*  
que Deus in remunerando seruis *libatio*  
suis sit largus & munificus: vtq; am- *dulcedi-*  
plius in fide ac spe solidentur, & ca- *nis æter-*  
ricate magis inflammentur: & ne, si *na.*  
quando Deus ad maius illorum bo-  
num tribulationibus, tentationibus  
& aduersis ipsos exercuerit, conso-  
lationum, quas Deo seruiendo ali-  
quando experti sunt recordatione,  
& spe & desiderio easdem denuo  
experiendi, animati, in laboribus a-  
nimū

nimum despondeant; sed constanter in ijsdem perseuerent. Hac similitudoque est consolationibus spiritibus, ut supra, cum de gaudio interiori ageremus, diximus, hauriret bona.

Part. 2 c.  
14.

De ijs Documentū  
primū.

His præsuppositis, Documentū imprimis necessarium & utile est finem, quem vir fidelis in hoc & alio exercitio spectare debet, non esse consolationem aut gustum spiritalem, sed Dei beneplacitum, illius voluntatis in sancto hoc opere adimplerem: consolationem autem & gustum non alium ob finem querendum & admittendum, quam

simile.

huic fini obtinendo conducatur. Ut vt æger, qui omnem appetitum misit & cibum optimè parari vult, vt aliquem illi saporem & delectationē adferat, non alium in considerando finem habet, quam vt vitam sustentet; quòd Deus illam ab illius sustentari velit, quò in eadem seruiat, cibi autem saporem tantum querit, quò comedere possit: in similitudine, quem in omnibus operibus

CAP. II. DE ORAT. MENTALI. 287

& præsertim hoc spectare debet Dei  
seruus, est ipsi placere, voluntatem  
que illius complere, vti diximus:  
gustum autem & spiritualem con-  
solationem non aliter quærere  
quam in quantum ad Dei volun-  
tatem implendam conducunt. Nam  
si quis vitia & voluptates corpo-  
rales, quò Deo seruiat, dese-  
rendo, eius in seruitio, voluptates  
& consolationes præcipuè specta-  
ret, verè is non vitia deseruisset, sed  
dumtaxat commutasset: gulam sci-  
licet corporalem in spiritualem, &  
carnalem luxuriam in spiritualem.  
Eius ergo esse finis debet, Dei volun-  
tatem implere. sin autem eius vo-  
luntas fuerit, vt cõsolationibus de-  
stituat, ac sine illis ipsi seruiat, ita  
seruire paratus sit, cum hæc Dei sit  
voluntas, quam ipse complere desi-  
derat. Hanc suis Christus verita-  
tem in vltima coena declarauit, di-  
cens: *Si me diligeretis, gauderetis vti-  
que, quia vado ad Patrem.* Recrea-  
bat Apostolos, & consolatione re-  
plebat corporalis Christi præsentia:  
hinc

Ne quæ-  
rantur vt  
finis.

Ioan. 14.

hinc cum diceret illis Dominus  
 Patrem se tendere, non medi-  
 criter contristabantur, dum cogi-  
 rent hoc se posthac carituros bene  
 videbatur autem illis tristitia  
 à vero Christi amore dimanare,  
 tamen maximè ab amore prop-  
 nasceretur. nam si è puro Christi  
 amore nata esset, libenter suavitè  
 iucundissimaque illius præsentia  
 maiorem scilicet Christi gloria  
 quoque eius se voluntati conforma-  
 rent, caruissent: Dicere ergò Ch-  
 stus voluit, si puro me amore  
 geretis, etsi consolatione quam  
 adfert præsentia excideretis, gaud-  
 retis nihilominus abitu meo: Quia  
 ad Patris mei gloriam propero,  
 vt diuino illius decreto conformi-  
 tum est. Si me inquam diligetis  
 mea absentia non ægre careretis  
 mul & consolatione quam mea  
 fert præsentia: nam ita Patris  
 voluntatem impleo, atque hæc  
 ior mea gloria. Hoc pacto & pluri-  
 mi mortales decipiuntur, qui  
 contristantur, vbi spiritualis

*Ricardus  
 de S. Virg.  
 in Cant.  
 c. 8.*

defecerit consolatio. hanc autem  
tristitia è puro & sincero proficisci  
amore putant, cum tamen proprius  
duntaxat sit amor. Nam si purè Deū  
amarent, sanctissimam eius volun-  
tatem diligerent, & omnem liben-  
ter molestiam, quò in ipsis diuina  
voluntas compleretur, admitter-  
rent.

Alterum quod docere volumus  
est, quamuis consolationes Dei do-  
na sint, magnique fructus, modò be-  
nè quis isdem utatur: non illa tamè  
precipua ac primaria esse dona, quæ  
per orationem quærenda & spectā-  
da sunt, nec primarium fructum,  
quem ex eadem haurire oporteat.  
Primaria namque dona & præci-  
pius fructus sunt caritas, humili-  
tas, patientia, castitas, fortitudo,  
obedientia, resignatio, paupertas  
spiritus, illarumq; virtutum actus,  
quos in oratione exercere debemus,  
affectus inquam quos ante exposui-  
mus nam in virtutibus earumque a-  
ctibus sanctitas, & vitæ Christianæ  
perfectio consistit. Quod autem ij,

N qui

Secundū  
documen-  
tum.

Non esse  
consola-  
tiones spi-  
rituales  
primaria  
Dei dona  
quæ pe-  
tenda.

qui huic exercitio se dedunt, in hac  
 veritate, non benè fundati sint, ma-  
 gna inconuenientia & damna in  
 anima oriri solent. Hinc namque se-  
 quitur, vt, cum aliquas consolatio-  
 nes & gustus in oratione percipiunt,  
 multum se profecisse cogitent, se  
 iam spirituales & perfectos esse, et  
 iam velut rerum spiritualium plene  
 peritos, de ijsdem loqui posse. Hinc  
 fit etiã vt despiciant & parui faciant  
 illos, quibus similes consolationes  
 & gustus non conceduntur. Cum  
 tamen verus profectus non in con-  
 solationibus ac suauitate spiritali  
 sed in solidarum virtutum, humilitatis  
 inquam, patientiæ, mansuetudi-  
 nis, obedientiæ ac reliquarum  
 possessione situs sit, non enim in ma-  
 gna suauitate & dulcedine mentis  
 perfectio consistit, sed in perfecti-  
 caritate & voluntatis in Deum reser-  
 gnatione. Quo autem quis apud Deum  
 maior, eò in oculis suis & apud  
 seipsum minor est, eoque se alijs viliorem  
 omni contemptu præ alijs digni-  
 rem reputat.

Profectū  
 spirituale  
 prouide  
 non ex ijs  
 metien-  
 dum.

Quæ

Quare eò quòd hanc veritatem non percipiant, fit, vt quamprimum vbi ipsos consolationes & gustus coelestes deficiunt, etiam in orationis, poenitentiae, bonorumque operum exercitio deficiant, seque à Deo derelictos existiment. itaque palam faciunt magis se consolationem quam Deum amare, magisque suo se commodo & voluntati propriae, quam Dei voluntati, ac beneplacito, veroque suo profectui studuisse. Nam

*Etiā desolatio Dei gratia quaedam est.*

*D. Bonau. lib. de profess. relig. c. 1. & 2.*

N 2 latio-



Conferuat hominem in Humilitate.

Exercet patientiam, fidem, spem.

Amorem proprium fugat.

latione indignum, & supplicijs quibuscumque dignissimum confitebor. Exercet quin etiam patientiam, quod quid sibi graue ac molestum est tolerando, & velut à Dei manu emanatum accipiendo. fidem quoque habet in Deo, ac fiduciam in Deum habet, ut discat scilicet non conlationum & sensuum quos à Deo accepit experientiam, sed veritati diuinae, quae decipi nequit, ac promissionibus diuinis, quae errare non possunt. Cùm autem promiserit Deus se, quamdiu homo ab eo peccatum mortali legem eius prauaricatum non recedit, illum misimè detestaturum, nec gratia & amore prauitatum, ipse autem omne se fecerit malum odisse, & nihil minus quam in quid Dei legi repugnans contemtere spontè velle, à Deo se diligere, paterna illius prouidencia obumbrari, his promissis innitendo, nec aliam diuinarum spiritualium consolationum experientiam optando, firmiter sibi persuadeat, neque anima, Deo sine omni profectu

consolatione seruiens, & poenam potius sustinens, magis ab omni amore proprio purgatur, gratia se capaciorem reddit, & in amore diuino, omniq[ue] virtute magis confirmatur & mortificatur.

Proinde longè conuenientissimum fuit, vitam iustorum mirabilium mutationum varietate velut contenti, & contrarijs hisce successibus vicissitudinibusq[ue] modò consolationibus, modò desolationibus, nunc diuinis visitationibus, alias absentia & solitudine, & ariditate assiduo permisceri, & modò gaudio & exultatione perfundi, modò tribulationibus exagitari: modò deuotionis abundantiam experiri, modò aridam, siccam, tristemq[ue] gemere: vt leni humectatione, pluuia, ac mitidinarum consolationum ac diuinarum visitationu[m] aura egregij virtutum furculi germinent. Porro per gelu, procellas, & aridos validosq[ue] desolationum & ariditatum turbines, solidiores agit arbor radices: itaq[ue] Dei seruus, vt Diuus Bernardus

Vita iustorum mixta varietatibus.



*Serm in  
Cant. Eze-  
chie.*

dus loquitur, misericè in virtutibus  
 schola proficit, donec in virtutibus  
 factum solidis plenum virtutibus  
 meritis diuitem crescat. Non ita  
 homo oportet, quod quemadmodum  
 dum ingens diuinę misericordię  
 stimoniũ est, consolationes & spiri-  
 tualem dare prosperitatem, ut  
 animetur: ita & insignis eiusdem  
 misericordię opus esse, desolatio-  
 nes, ariditates immittere, se-  
 gnoscatur homo & humiliet. Docet  
 hanc veritatem D. Gregorium De  
 & hanc ut exponeret his verbis se-  
 gessit: Omnipotens in hac vita  
 seruare ordinem solet, ut prosperi-  
 ritatem aduersitas, & aduersitas  
 sequatur prosperitas, ut in aduersitate  
 peccata sua homo agnoscat, pla-  
 gat, seque humiliet: in lætis vero  
 prosperis præteritę desolationis  
 memoria, diuina velut ancora  
 xus, in humilitate se conferuet. At  
 que ita cum homo aduersitate pro-  
 mi se viderit, non hanc irati Dei  
 credat indicium, sed gratię & miseri-  
 cordię eiusdem ascribat, qua datur

*In Regi-  
stro Ep. 90*

nos sua conseruare docet. Hactenus  
D. Gregorij verba, quæ animo in-  
fixa geramus oportet, omnem vt de-  
solationem velut Dei donum ac be-  
neficiũ recipiamus, atque vt pro-  
tali re ipsa & ex animo illi gratias a-  
gamus.

CAPVT III.

*Varia sunt consolationum spiritua-  
lium genera, proinde non eodem de  
omnibus iudicandum modo.*

**Q**VONIAM consolationes  
spirituales non esse vt pri-  
mariũ meditationum finẽ  
spectandas, nec velut præcipuum o-  
rationis mentalis fructum, sed vt  
Dei dona animæ proficua, habenda  
diximus, ac desiderandas velut  
media, ad virtutem facientia; con-  
sultum fuerit, earundem varietatem  
& inter se differentiam exponere,  
quo Dei seruus intelligat, quas po-  
tissimum æstimare & eligere de-  
beat.

Consola- Quidam consolationes sunt po-  
 tiones re spirituales; non solum quod de  
 spiritua- bus spiritualibus ac diuinis accipi-  
 les partis antur, verum etiam in spirituali bo-  
 intelle- minis parte intellectu scilicet, me-  
 etiuz, que- moria ac voluntate versentur: Ho-  
 sita in eo, vt intellectus luce clar-  
 & copiosa donetur ad ea quae De-  
 sunt eius opera, mysteria, coramque  
 pulchritudinem atque harmoniam  
 intelligendam; simul & eiusdem be-  
 nitatem, sapientiam ac potentiam,  
 quae in iisdem elucet demiranda  
 clareque quid Deo gratum, quibus  
 virtutum vitiorumque semitas co-  
 gnoscendum. item vt memoria  
 Dei praesentiam diuinamque perfe-  
 ctiones & mysteria consideranda  
 stabilis & quieta sit, facileque san-  
 ctos & vtilis conceptus inueniat, &  
 eadem etiam facilitate omnes a  
 cogitationes vanas, & rerum corpo-  
 raliu imaginaciones rejiciat, & mi-  
 dana obliuiscatur. Voluntas denique  
 sanctos affectus, efficacia desideria,  
 & mirum erga virtutes omnes  
 rumque actus concipiat amorem,

simu

simul & zelum & viuacitatem fidei, spei certitudinem & firmitatem, caritatis dulcedinem, ad bona operata promptitudinem, insigne diuinæ voluntatis adimplendę studiũ, erga sacratissimam Christi humanitatem, vitam ac passionem deuotionem, diuinitatis gustum, omnium uiciorum horrorem, proximi caritatem, & ad in uirtutibus proficiendum contentionem, familiaritatis cum Deo affectum, & in orationibus fiduciam. Hæ sunt iustorum in parte intellectiua consolationes, & veræ quidem & primariæ & solidæ. Numeratur & inter spirituales in parte intellectiua consolationes spirituale quoddam, quod ut plurimum iusti, qui solidas uirtutes habent, in earundem actibus, & attentarum diuinarum cõsideratione, ac sacra Communionem, percipiunt gaudium: quod licet tantum non sit, ut facillè percipiatur, nec sensibilis quidam gustus, aut delectatio sit, tamen complacentia quædam, & refectionis est voluntatis in bono. & sic

N 5 hoc

hoc inter consolationes & gaudium  
 partis intellectivæ refertur. In  
 modo intelligendum, quod vulgo  
 dicitur, iustos in virtutum actibus  
 voluptatem & iucunditatem experi-  
 riri: est enim eorum, qui per habitum  
 virtutis operantur, propriè  
 cū gaudio operentur, atq; in oratione  
 & communione consolationes  
 percipiunt. quippe vnus ex orationis  
 & communionis effectibus est gaudium  
 spirituale percipere. Tamen  
 autem non semper magnas Deum  
 consolationes immittat, nec gaudium  
 quæ statim ac facillè percipiuntur  
 aut quòd id minimè expediat, sed  
 quòd debitè ad hæc dispositi non sunt  
 sua tamen bonitate hanc eis in virtutibus  
 delectationem, & in rebus  
 diuinis placentiam, quæ item consolationis  
 solatio & voluntatis quoddam est  
 gaudium, immittit. Has consolationes  
 & spirituales partis intellectivæ  
 gustus sancti omnes permagnè faciunt,  
 & velut quid in famulatu Dei  
 maximè necessarium æstimant; sunt  
 enim hæc aut actus & affectus virtutum

tum, aut proximi earundem effectus.

Præter has intellectiua & superioris animæ partis consolationes, alia sunt, quæ in inferiori eiusdem parte, quæ appetitus sensitivus dicitur, habentur. Dicuntur tamen tum spirituales, quòd circa diuina veritatem sentiantur sensibiles, quòd in parte habeantur sensitiva; quin & cum aliqua corporis transmutatione & motu sensibili & corporali imitantur. proinde magis plerumque percipiuntur & sentiuntur, quam quæ in parte spiritali sitæ sunt. Interdum quoque sensibiles hæ consolationes à superiori animæ parte causantur, quòd præ magna consolationum intellectiua partis copia & abundantia, à voluntate in appetitum sensitivum redundent, hominibusque in parte sensitiva delectationem ac suavitatem, teneritudinem, delicias spirituales, ac dulces lacrymas devotionemque spirantes percipiunt. Hæc autem partis sensitivæ consolatio, & hoc lacrymarum donum

Quæ partis appetitivæ,

D. Thom. 1.2. q. 21. ar. 5.





cum à solida consolatione, & ver-  
 partis superioris deuotione nasci-  
 tur, etsi ad salutem minimè necessa-  
 rium sit, bonum tamen est & velo-  
 Det tamen operam Dei seruus, ut  
 eadem consolatione nimium capta  
 tur, nec ab eadem abripi se sinat. Et  
 enim hic excessus potest, qui tale  
 noceat, ac præcipuam deuotionem  
 & primarium spiritus sensum im-  
 pediat. Proinde ea refrenanda, con-  
 sideranda, discreteque vsurpanda, ut  
 animæ attentio ad interiora, ad pe-  
 riores inquam amoris diuini actus,  
 displicentiam & odium peccatorum  
 aliosque voluntatis affectus & sen-  
 sus conuertenda. Ad eò ut, quantum  
 ex sua parte deuotionem & gustum  
 spiritualem sensualitati commu-  
 care nolit, sed in superiori anima  
 parte potius colligat & imbibat.

Sunt & aliæ consolationes sensu-  
 biles, quæ veræ sunt & diuina à per-  
 facta tamen deuotione & vera vo-  
 luntatis consolatione non prome-  
 nant, has Deus orationis tempore  
 in alijs etiam virtutum actibus, im-

peris

CAP. II  
ne, & ve  
one nati  
nè necess  
est & ve  
seruus, m  
um cap  
e finat  
qui sal  
euotio  
eufum  
anda, m  
rpania, d  
ora, ad  
uini a  
peccati  
ctus & se  
t, quatu  
& gulum  
commu  
ori anin  
bibat  
ones sen  
ina à per  
z vera vo  
a prom  
mpore  
ibus, m  
peris

DE ORAT. MENTALI. 301

perfectioribus virtutisq; tironibus  
quin & interdum ijs, qui in peccati  
mortalis statu agunt, concedit. Nam  
hi etsi bona sancta que habeant desi-  
deria, & peccata relinquere paula-  
tim incipiant, vitam emendantes,  
nondum tamen Deum super omnia  
diligunt. hinc hæc Deus ijs conso-  
lationes immittit, vt, si conciones  
audiant, sanctos euoluant libros,  
diuina que mysteria meditentur,  
magnam deuotionis sensibilis sua-  
uitatem percipiant, multas que la-  
crymas effundant. Ita porro cum ijs  
agit, partim vt illos ad se attrahat  
suauitatem & abundantiam bono-  
rum, quæ in ipsius seruitio reperturi  
sunt, si se penitus illi dedant docen-  
do, partim vt iusti magis in Domino  
cõfidant, ac bene de eiusdẽ bonitate  
deq; infinito honorũ gratiæ, & glo-  
riæ, quæ in ipso habet, thesauro sen-  
tiant: cū tam bonus ac munificus sit,  
vt etiam in peccatores, qui eius ho-  
stes sunt, ad ipsũ venire incipientes,  
consolationem & suauitatem spiri-  
tualem effundat.

*D. Bonau.  
de progr.  
Relig. c. 11.*

N 7

Præ-

Præter has, quæ sunt veræ & di-  
uinae consolationes sunt alia se-  
biles, quæ falsæ sunt, quasque adbe-

*Ricard in* sarius, ut hominē ad superbiam in-  
*Cant. c. 40* gat, causatur: ut scilicet magni se-  
*¶ c. 6.* ciat, se Deo plenum cogitet, itaque  
veras virtutes comparare negligat  
hac apparentis deuotionis suam

Pulchrum te contentus, atque ita paulatim  
discrimen peiora grauioraque peccata inge-  
inter con renda viam sternat. falsa hæc con-  
solatio- solatio multum à vera discrepat  
nes Dei, & solatio nam vera quæ à Deo descendit, non  
dæmonis. vehemens, nec violenta est, nec in-

*D. Bonau.* ordinatos in carne motus causatur,  
*in processu* nō vanè exultare, nō superbire facit,  
*Relig.* nec malam libertatē causatur, vti in  
*pro. 3.* falsa illa cōsolatione fieri amat. Hæc  
cōsolatio & suauitas Dei est, mode-  
sta, quieta, blanda, carnē debilitans,  
eiusque motus & passiones mitigans,  
& mentē confortans & roborans. Et  
tamen si hinc, ut & è reliquis Dei ob-  
nis, arripere ingratus aliquis super-  
biendi occasionem (eò quòd liberi  
arbitrij sit) queat, ipsa tamen ex  
inclinat & ad humilitatem mouet

Nam

DE ORAT. MENTALI. 303

Nam maius in eo qui ipsam gustavit  
Dei desiderium & famem causatur.  
Atque ut in anima hoc Deum dili-  
gendi, virtutem ampliorem compa-  
randi, Deumque magis gustandi, de-  
siderium crescit; ita & omnis virtus  
& amor quem habet Dei exiguus ei  
& velut nihil videtur; nam vehe-  
mens plura habendi desiderium a-  
perit & sentire eam facit, quantum  
sibi desit, quam multa comparanda  
restent, quam parum habeat, quam  
sit exiguum quod hactenus compa-  
rauit. Itaque seipsam despicit, con-  
fundit, & ex corde coram Deo hu-  
miliat. Has consolationes sensibi-  
les, veras, etsi bonæ sint & vtilis,  
præsertim quando è vera deuotione  
& consolatione voluntatis proficif-  
cuntur, tanti tamen sancti non fa-  
ciunt, quanti priores, quæ penitus  
spirituales sunt: nam in his omnibus  
vera non consistit virtus, nec neces-  
sarij virtutum effectus sunt, etsi, ut  
diximus, maximè ad easdem condu-  
cant. Proinde si homo ijsdem careat,  
non propterea turbari moueri que  
debet,

debet, cum in illis virtus & me-  
 rum, uti diximus, minimè confit-  
 si verò easdem habuerit, non totum  
 iisdem se, affectum omnem & gra-  
 dium in ijs collocando, aut vel  
 primarium animæ bonum habentem  
 applicet; sed ijs velut medijs vti  
 ad magis ad laborandum, ut vel  
 virtutes earumque perfectionem  
 sequatur. Quoniam autem, ad hanc  
 hanc consolationum spiritualium  
 varietatem percipiendam, bene  
 ijs utendum, magna discretione  
 experientia opus est, de omnibus  
 Patri spirituali rationem reddere  
 secundum eius documenta se de-  
 bere, ut alibi dicemus, imprimis  
 pediet.

*In appen-  
 dice de  
 bono usu  
 Sacramen-  
 torum.*

## CAP. IV.

*Quod vera consolationes hominum  
 diligentem, ad ea qua statim  
 sunt, & leges caritatis implenda  
 reddant.*

**D**X M V S, primarium, quod  
 ex oratione elicere debet

mus, fructum, esse exercitium vitu-  
 rum, & huc consolationes & suavi-  
 tates spirituales, quas inter oran-  
 dum nobis Deus communicabit, re-  
 ferendas. Iam aliud imprimis neces-  
 sarium advertendum est, quod huic  
 veritati ingentem lucem dabit. Vir-  
 tutum exercitia quaedam obligatio-  
 nis sunt, quæ hominis status aut lex  
 ipsa caritatis exigit. certum est au-  
 tem, hæc ceteris præferenda: quod  
 enim præcepti est complendum an-  
 te ea quæ consilij sunt. Hinc sequi-  
 tur, quod quando Dei seruus in ora-  
 tione per diuinas consolationes vi-  
 sibilis, ad hunc eas finem dirigere  
 debeat, vt melius maioriq; cum  
 perfectione omnia compleat, ad  
 quæ qualicumq; legis diuinæ titulo  
 obligatur. Hinc quando in oratione  
 consolationes sentiet, status sui ob-  
 ligationes, officij sui munia, & quæ  
 caritas ad proximi opẽ auxiliũq;  
 in necessitate postulat, examinet.  
 Tunc quippe Deus illi oculos aperiet  
 ostendetq;, ad quæ obligetur vtq; opere  
 ea exequatur secũ ipse statuatur omnes  
 diffi-

Consola-  
 tio vera  
 orationis,  
 adimple-  
 re facit  
 quæ obli-  
 gationis.

difficultates perrumpendo, & om-  
 nes labores ad hoc necessarios  
 plectendo. Si Prælatus fuerit & ho-  
 iectos habuerit, videat quæ sibi  
 benè eosdè gubernandos necessarios  
 sint. si paterfamilias videat quibus  
 ad filios & famulos in virtute col-  
 uandos opus sit. si parètes habet  
 deat quid agendum sibi ad obedi-  
 tiam & respectum què ijs debet  
 plendum. si aliqua in republica  
 guitate fungatur, quid lex & ius-  
 tia ab ipso fieri velit, consideret.  
 diuitias habuerit, proximi neces-  
 tates, quibus & potest & debet  
 currere respiciat. si doctrina et  
 cultus spirituales proximi neces-  
 tates, quibus vt succurrat caritas  
 stulat, intueatur. hæc comple-  
 nitatur, & cetera ob ea quæ im-  
 mis necessaria sunt, relinquat. si  
 hic semper Sanctorum spiritus,  
 scilicet se quibuscumque laboribus  
 offerrent, & rarissima quæque  
 quæ consolationem & veilitatem  
 magnam secum ferebant, etiam  
 ctissima, magno animi robore re-  
 succurrerent.

Vt proxi-  
 mo suc-  
 curras, vt  
 obedi-  
 contem-

que  
 ijs.  
 tas  
 à De  
 vifit  
 Vnd  
 tica:  
 vifita  
 to fu  
 tia qu  
 illum  
 rique  
 tem i  
 filijs  
 carita  
 ercent  
 colle  
 in ora  
 tates  
 temp  
 tamen  
 neces  
 tas, a  
 tia,  
 temp  
 magi  
 succu

DE ORAT. MENTALI. 307

querent exercitia, quò satisfacerent plationis  
ijs, quæ iustitia, obedientia, & cari- <sup>dulcedo</sup>  
tas exigent. atque huc omnes quas <sup>deferēda.</sup>  
à Deo accipiebant consolationes &  
visitationes cœlestes referebant.  
Vnde Ricardus Victorinus in Can-  
tica: sponsa, id est, anima, tacta, id <sup>cap. 14.</sup>  
visitata à Deo, statim exurgit dile-  
cto suo apertura: nam favore & gra-  
tia quam accipit, ad maiori feruore  
illum diligendum excitatur, maio-  
rique contentione in proximi salu-  
tem incumbit, cum consolat dō, cō-  
silijs iuando, docendo & reliqua  
caritatis & misericordiae opera ex-  
ercendo. Quam dilecta satis erat  
collectio, communicatio cum Deo  
in oratione, consolationes ac suavi-  
tates cœlestes, quas à Deo inter cō-  
templandum recipiebant, si quando  
tamen aliqua se proximi offerret  
necessitas ad quam obligabat cari-  
tas, aut aliqua superiorum obedi-  
entia, statim quietem orationis con-  
templationisque interrumpēbant,  
magnaque celeritate illi necessitati  
succurrere, hancque obligationem

COM-



*Lib 3 c. 1.  
Exemplo  
S. Bernardi.*

complevere contendebant. Ita fecit  
D. Bernardum refert Gaufridus  
vita, qui quamuis sanctum orationis  
exercitium adeo carum foret, tan-  
taque consolationis, ut omne quod  
illi impendebat tempus, exiguum  
videretur: tamen si quando necessi-  
tas & salus proximi occurreret, ipse  
interrumpebat, quo huic succurre-  
ret. Hocq; maioris illi emolumentum  
visum auctor ille refert, & hoc S. Ber-  
nardi sancti instinctu facere illi  
licitum. S. Laurentium Iustiniani  
Venerorum Patriarcham tradit Ber-  
nardus Iustinianus, quamuis orationi  
mentali mire deditus esset, & in  
admiraculo singularia celsitudo  
& consolationes recepisset, si forte  
eum eidem vacabat Deumque in  
dem gustabat, ad aliquas proximo-  
rum necessitates vocaretur, dilectam  
collectionem tanta benignitate, se-  
renitate mentis & pace solitum re-  
linquere, quasi otiosus fuisset, ex-  
spectans, donec a quoquam voca-  
retur. Hoc in sanctis his vera ope-  
rabatur charitas, qui res non pro-

*S. Lauren-  
tij Iusti-  
niani.*

prio commodo consolationeque  
 metiebatur, sed eo quod ad gloriam  
 diuinam magis spectabat, Deiq; vo-  
 luntati erat conformius. Itaque ea  
 quae magis necessaria erant minori  
 necessitati, & magis principalia mi-  
 nus principalibus praeferebant. Re-  
 ligiosus quidam ex ordine Minoru,  
 cui nomē Dominicus Leonisa, pro-  
 phetiae dono, varijsque à Deo gratijs  
 donatus, rogatus, vt historia ordinis  
 refert, à socio, vt aliquod in religio-  
 ne proficiēdi perseverandiq; mediū  
 suggereret, respondit, Nullum dari  
 posse melius, quàm nūquam vt tem-  
 pus aliquod amitteret quod ad obe-  
 diendum, orandum, studendum  
 datum esset. sed ita vt studium ora-  
 tionis causa, non vice versa, sepo-  
 neret, & si quando obedientiae da-  
 retur occasio, statim & studium &  
 orationem obtemperaturus relin-  
 queret.

Nemini autem videri mirum de-  
 bet, sanctos illos contemplationis  
 suauitatem deseruisse, quò animarū  
 necessitati succurrerent, aut supe-  
 rio-

*Consilio  
 Minorū-  
 da.  
 p. 3 lib. 7.  
 c. 31.*

rioris præceptis obedirent. nota  
*cælesti* enim, vt sanctus Dionysius opti  
*Hierarch.* notat, omnium operum diuinorum  
*c. 3 Carth* diuinissimum, Deoque præ ceteris  
*ibi ar. 15.* gratissimum esse, illi velut in  
 strumentum ac ministrum in animarum  
 conuersione & profectu cooperari.  
 Nam quò opus melius Deoque propo  
 titius, eò amoris quem illi debemus  
 conformius, & diuini huius amoris  
 argumentum certius, & testimonium  
 clarius. Hoc autem opus esse animarum  
 bus proximorum succurrere, declarauit  
 ipse Redemptor Apostolorum  
 Principi dum tertio repeteret, *Pa  
 scis me, pasce oues meas.* id est: in hoc  
 volo te amorem erga me tuum opus  
 statum facere, quod mihi in animarum  
 rum, quas ipse sanguine redemptum  
 meo, salute procuranda cooperari  
 ris. Quod his verbis declarat Christus  
 Iohannis: Non dixit, inquit, *Pa  
 scis me* si me amas, ieiuna, macerum  
 corpus tuum, relinque cuncta que  
 possides, mortuos ad vitam reuocare  
 demones pelle: non aliud opus  
 tui, præter hoc, *Pasce oues meas.*

Quia id Deo acceptius.

Ioan 21.

In serm. de sancto Philogon. & de Natali Domini.

DE  
 ostend  
 opera  
 tamen  
 nem sp  
 Deo lo  
 mirum  
 adeò pe  
 commo  
 reliquis  
 tibus su  
 namque  
 marum  
 rum z: l  
 efficien  
 licas, di  
 viretur  
 et, & t  
 pus sui  
 amæ p  
 batur, p  
 pareret  
 autem p  
 Cos pro  
 tos, vt e  
 corpora  
 poteran  
 simam d  
 oles

CAP. DE ORAT. MENTALI. 311  
ostenderet, quod quamuis reliqua  
opera bona Deoque grata sint, hoc  
tamen quod ad animarum saluatio-  
nem spectat, maximum esse, & ipsi  
Deo longè gratissimum. Propterea  
mirum non est, sanctos quibus hæc  
ad eò perspecta erat veritas, proprij  
comodi & consolationis exercitia  
reliquisse, quò animarum necessita-  
tibus succurrerent: participabant  
namque de spiritu Christi, quem a-  
nimarum amor & earum saluanda-  
rum zelus è coelis in terram traxit,  
efficiendo vt in se carnis nostræ vi-  
litas, diuinæ personæ suæ altitudini  
conuideret, atq; inter peccatores age-  
ret, & tribus ac triginta annis cor-  
pus suū sacratissimū & inferiorem  
animæ partem gloria, quæ ei debe-  
batur, priuaret, quò pro animabus  
pateretur & moreretur: In primis  
autem ponderandum est, tanti san-  
ctos, vt etiam quò necessitatibus eius  
corporalibus à quibus excusare se  
poterant, succurrerent, sæpe sua in-  
finitam diuinitatis Dei & Scriptura-  
rum

Excelsit  
hac in par  
te Ephrem  
Monach.  
In Lausi  
aca c. 101.

rum sanctarum, quarum lectione  
meditatione maximopere capi  
bantur, contemplationem sepos  
rent. Sanctus Ephrem (vt Palladius  
refert) monachus, altissima cōtem  
plationi deditus, & solitudinis  
manitissimus, in qua interdum tantis  
consolationibus perfundebatur,  
Deo infirmitatis suæ conscius dice  
ret, Gratia tua torrentes retine  
mine; audito, Edessa multos col  
mem quæ fuerat grassata infirmitate  
esse, solitudinem & recollectionem  
quam amabat, & in qua tantis con  
solationibus perfundebatur, delin  
rens, urbē adit, & à diuitibus ele  
mosynas petens, ex collata stipe  
socomium condit, in eo quæ trecentos  
lectulos ad ægros excipien  
constituit, hic iisdem magno affectu  
seruinit, & de necessarijs prospere  
mortuos autem terræ mandauit  
quin & alijs fame oppressis non  
elemosynas corrasit, quibus illorum  
inopia prospiceret. Anno integro  
quo hæc necessitas dirauit, nichil  
diuque hisce officijs incubuit; cui  
autem

DE ORAT. MENTALI. 313

autē caritate sua non amplius opus  
esse in vrbe vidit, ad cellæ quietem  
ac solitudinem redijt. Hoc autem  
caritatis exercitio tantam sibi meri-  
torum comparauit segetem, vt Deus  
illum iam ad eam mensuram carita-  
tis peruenisse videns, quæ altissimā  
peteret gloriam, ad quam eum præ-  
destinarat, post mensem euolutum  
ē vita hac temporalī eductum cœle-  
sti donarit. Quantus fuit D. Hiero-  
ny mi erga Sacrarum litterarum stu-  
dium & contemplationem amor?  
quā hinc & animæ suæ consola-  
tionem, & Ecclesiæ fructum colle-  
git? Proximi tamen necessitatibus  
licet temporalibus succurrere tanti  
fecit, vt cum in Bethleemitico suo  
monasterio ageret, sæpe diuinarum  
litterarum studium meditationem-  
que ad excipiendos peregrinos vn-  
diquaque eò confluentes interrump-  
peret: quin & Commentarios in  
Prophetas, quos concinnabat, ad  
longum temporis spatium de mani-  
bus deposuit, vt multis ipse in locis  
testatur quò hospites alloqueretur.

Et S. Hieronymus.

In præ-  
mio lib. 4.  
in Ierem.  
In præ-  
lib 7 in  
Ezech.  
O  
conso

CAP. IV.  
n lectione  
pere cap  
nem sepos  
vt Pallad  
limæ cōte  
olitudin  
er dum tan  
ndebatur  
onfcus dis  
es retrine  
multos col  
sara infir  
collece  
a tantis co  
batur, del  
uitibus ele  
laca stipe  
o que nec  
excipiend  
magnos affe  
ijs prosper  
e mandau  
pressis no  
quibus ill  
Anno integ  
rauit nū  
cubuit; cu  
auct

314 FRANC. ARIAS CAP. IV  
consolaretur, pedes illorum ables  
ret, & de rebus eis necessarijs pu  
spiceret. Sic igitur Sancti in neces  
tate, caritatis & misericordiae ope  
ra consolationibus, & suavi divini  
contemplationis quieti præfer  
bant.

CAP. V.

*Homo hac de causa consolationem  
recollectionem seponens orationem  
nihil amittit, sed multum lucratur.*

**N**ON est autem, quod metuo  
homo, ne quid hac ratione  
de profectu, fructu, & veritate  
orationis consolatione amittat.  
imò certum est hac ratione in omni  
bus maius illum sibi meritum colligi  
gere. Hisce namque caritatis & obedi  
entiae operibus orationem adiu  
vans, præter magnū illud meritum  
quod hisce sibi promeretur, vbi  
orationem redierit, maius illi in  
dem ad divinā voluntatem cognos  
cendam lumen, & maius ad ipsius  
con-

complendam robur dabit Deus: cō-  
cedetque, vt breuissimo tempore  
maiores ex eadem amoris diuini  
fructum, solidiores, verioresq; vir-  
tutes eliciturus sit, quā forsā elice-  
ret, si his se operibus non adiuuaret.  
Nam vnum ē præmijs quæ Deus o-  
peribus caritatis in hac vita promi-  
sit, est vt animam magis illustret,  
maioresque illi vires & spirituales  
ad omne bonum vigorem suppedi-  
ter. vt Isaias Propheta testatur di-  
cens, *Cum effuderis esurienti animam* *Isai. 58.*  
*tuam, & animam afflictam repleue-*  
*ris, orietur in tenebris lux tua, & tene-*  
*bra erunt sicut meridies: & requiem*  
*tibi dabit Dominus semper, & imple-*  
*bit splendoribus animam tuam, & ossa*  
*tua liberabit, & eris quasi hortus irri-*  
*gatus & sicut fons aquarum, cuius non*  
*deficient aquæ, id est, opera gratiæ, o-*  
*culis diuinis gratissima. si hæc pro-*  
*mittat Deus panem terrenum esuri-*  
*entibus porrigenti, ne fortè fame*  
*morianur, quid non dabit ijs, qui*  
*doctrinæ & Sacramentorum gratiæ*  
*panem animæ frangent, ne præ mor-*  
te cul-



Deus largiter id remunerat.

Qui contra agunt deluduntur.

te culpa & poenae aeternae extinguatur, sed resurgat & gratiae, & aeternae gloriae vita viuat? His ergo Deo quando se ad orandum sistunt, memor, sui illos causa, consolatione qua ante ab ipso donabantur, carere voluisse, seque proximo dedere, maiorem haud dubie lucens consolationem dabit, maiorem abundantia dona & charismata coelestia effundet. Vnde illorum error & abusus, qui cum in recollectione & orationis mentalis exercitio, dari sibi à Deo sensus, consolationes spirituales, & coelestes fructus vident, opera bona, quae antea exercebant, fastidire incipiunt, in illis flaccescunt, quod amplius se recollectioni & orationi dedant: sibi persuadentes, hoc se pacto maiorem quiete & pace spiritus fructum maioresque consolationes & gratias diuinos experturos. Sed est aduentus nostrum deceptio: unde enim maius robur & fortitudinem ad ea officij & praecipua sunt complenda maioremque erga opera caritatis

miseri cordiæ affectum, maiorem  
ad obediendum superioribus, & æ-  
qualibus se & minoribus subijcien-  
dum, voluntatem (quæ veri oratio-  
nis fructus sunt) haurire debent, in  
eo tepescunt & flaccescunt.

Nihil autem in hoc aliud dæmon  
spectat, quàm ut recollectionem &  
sanctissimum orationis mentalis ex-  
ercitium traducat & calumnietur:  
homines enim re ipsa videntes, ali-  
quos ex hoc exercitio longè alium  
quàm deberent fructum, maximeq;  
contrarium elicere, illud fastidiunt,  
& velut parum proficuum despici-  
unt, nec suscipere volunt. His confi-  
derandum est, nihil esse, tam bonum  
ac sanctum, quo non abuti homines  
queant, aut mali inde occasionem  
captare. Omne bonum nostrum,  
& vnica mundi salus est Christus, &  
mysterium crucis, summum tamen  
hoc bonum nostrum & mundi salus,  
ait Apostolus, *Iudæis scandalum,*  
*gentibus autem stultitiã fuisse.* 1. cor. 1. Sic &  
Christi Sacramentis, oratione, & o-  
peribus pœnitentiæ & humilitatis,

318 FRANC. ARIAS CAP. V  
mali & indiscreti malè vtuntur  
tamen propter eorum ignorantiam  
aut malitiam, Sacramentorum  
pœnitentiarum vsum relinquere  
debemus; nam hoc maximè  
impietatis signum. Proinde nec  
bis, nec cogitatione, in sanctam  
collectionem, diuinumq; orationis  
diuinorum contemplationis  
exercitium iniurijs esse debemus; sed  
sus & indiscretiones, quas dæmon  
introducere malitia contendit  
gere. Quamobrem relinquere  
dicit ea, quæ diximus: consolatione  
bus & dulcedine, quâdo eas oratio  
ne concedere visum erit Deo,  
vtendo, & ad bonorum operum  
exercitium, vt dictum est, dirigenda.  
Pensemus autem, quod sicut  
postquam manè orationem peregerit  
à Deo deinde in bonorum operum  
exercitio, consolatione & voluptate  
te perfunditur, quam quidem orationis  
tempore minimè sensit, sed  
post accipit, eò quòd orationi in  
buerit: ita etiam fieri, vt eum qui  
in sanctis operibus exercuerit, post  
quam

DE  
quam  
lucis  
conso  
quæ m  
operu  
Mu  
sacra  
exemp  
licet.  
Minor  
fratre  
spiritu  
impri  
cater  
obedi  
imple  
conce  
gnas  
re con  
retur  
domo  
orati  
iòriq  
nand  
se al  
quoc  
cessi

DE ORAT. MENTALI. 319

quam ad orationem se componet,  
lucis & affectuum sanctorum &  
consolationum donis donet Deus,  
quæ minimè dedisset, nisi bonorum  
operum exercitium præcessisset.

Multis hanc veritatem, quam &  
sacra Scriptura & ratio ipsa docet  
exemplis ad oculum demonstrare  
licet. Legimus in historia fratrum  
Minorum, in quodam monasterio  
fratrem laicum magni feruoris &  
spiritus virum, domesticis officijs,  
imprimis cibo fratrum parando va-  
cantem, postquam omnia caritatis,  
obedienciæ, & humilitatis opera  
impleffet, ad orationem mentalem  
concedere solitum; & huic tum ma-  
gnas Deum consolationes immitte-  
re consueuisse. Huic ergo cum vide-  
retur, se, si penitus occupationes  
domesticas seponeret, & totum se  
orationi daret, maiori se gratia ma-  
iori que inter orandum feruore do-  
nandum, superiorem adit orans, vt  
se ab officijs omnibus eximeret.  
quod illi superior non inuitus con-  
cessit. Ergo cum ad orationem se

Pulchrum  
exemplū.  
par. 1. lib.  
10 c. 19.

320 FRANC. ARIAS CAP. V.  
componeret, & hæc bonorum op  
ram exercitia omiffisset, non mo  
solita in oratione gratia non cre  
fed & acceptam amiffit. Vnde re  
fuisse deceptum se didicit, & illor  
sanctorum operum exercitio, hæc  
se à Deo gratiam solitum acciper  
Rurfus ergo superiorem accedit, &  
fua fibi petit officia & munia lac  
mans restitui. Ad pristina officia r  
uerfo, orationis gratiam Deus red  
didit, & nouis misericordix op  
bus eandem anxit. Idem & in alijs  
quos tacemus (cùm hoc fufficit)  
ipfa experientia docuit, vt euident  
fit, quemadmodum alijs in rebus,  
quæ discretio præscribit, seruanda  
sunt, ita & in hoc negotio ad vitæ  
Christianæ puritatem adeò spectan  
te, seruanda esse. Mediocritas autem  
feruanda est hæc, vt scilicet, etiã  
propter urgentes obedientiæ & ca  
ritatis obligationes & necessitates,  
orationis interdum seponenda fit  
recollectio, non tamẽ ob quascum  
que proximi spirituales aut corpo  
rales necessitates, ordinariũ orat  
di tem.

DE  
di temp  
interdu  
mus, o  
rationi  
declara

Ad puri  
est, n  
nulla  
derat

V  
est, ita  
iam im  
fiones  
tia, ne  
corpo  
myte  
verfab  
est, i  
anim  
nes, a  
ditan  
tales

DE ORAT. MENTALI. 324

di tempus, & quod extraordinem  
interdum sancto huic exercitio da-  
mus, omittendum, vt supra pluribus  
rationibus & exemplis Sanctorum  
declarauimus.

part. 1. c. 6.  
6 & 7.

CAP. VI.

*Ad puritatem finis necessarium etiam  
est, nullas in hoc exercitio visiones,  
nullas reuelationes, similiaue desi-  
derare.*

**V**T intentio qua ad sanctum  
hoc orationis & meditatio-  
nis exercitium accedendum  
est, ita pura sit, vt diximus, opus et-  
iam imprimis est, non desiderare vi-  
siones aut reuelationes: verbi gra-  
tia, nemo desideret Christum forma  
corporali videre, quali, dum hæc  
mysteria viuens operabatur, in terra  
versabatur, vel quali modo in cælo  
est, idque nec oculis corporis, aut  
animæ, non desideret alias visio-  
nes, aut reuelationes, non inter me-  
ditandum raptus, non excessus men-  
tales, aut alia exteriora & singula-

O 5

ria 1

322 FRANC. ARIAS CAP. VI  
ria sanctitatis signa. At satis illi fit  
hac vita Christum fidei oculis con-  
templari: & hac è meditatione ver-  
& solidas virtutes, integram legem  
diuinæ adimpletionem, & sancti-  
vitæ exempla, vti diximus, elicere.  
Tamen si autem legerit, has aliquo-  
bus sanctorum visiones, diuinas re-  
uelationes, & raptus ad coelestia  
obtigisse, vt reuera obtigere, & non  
credi potest, omni tempore in Ec-  
clesia aliquibus easdem contingere  
non tamen propterea sanctis hanc  
re similis esse velit; sed in perfectis  
virtutibus, humilitate scilicet, pa-  
tientia, caritate, & reliquis quas habere,  
simul & vitæ puritate, & sancto  
erga crucem Christi amore eos  
sequi studeat. Si hac tentatione tenta-  
retur, Deum ex corde oret, hoc  
fiat, sed hoc det, quod sibi ad diuinam  
voluntatem implendam, & glori-  
am eius obtinendam maxime  
conuenire norit. Consilium hoc im-  
primis vtile est, & maioris forte  
momenti quam quisquam credat: vt  
autem melius intelligatur, & in  
vsum

D  
vsum  
quibus  
hæc  
super  
quis si  
neum  
alijs p  
autem  
mul &  
bus, r  
busqu  
illuda  
vt iust  
permi  
ret,  
dem à  
planè  
Bea  
statur  
quit, i  
obtin  
dæmo  
præsu  
do dæ  
tam o  
tes, q  
gam.

vsus reuocetur, aliquot rationes in quibus fundatur de promam. Primò, hæc desideria ab occulta quadam superbia sui que æstimatione, qua quis se ad eiusmodi capacem & idoneum cogitat, suam que sanctitatem alijs proderet vult, nasci solent. Hæc autem superbia dæmoni animum simul & aditum dat, vt falsis visionibus, reuelationibus, consolationibusque & raptibus mendacibus illi illudat: quin & iram Dei prouocat, vt iuste hoc permittat; quod sanè non permetteret, si hæc homo non peteret, sed præ mentis humilitate eadem à se repelleret, his se indignum planè ducens.

Reuelationes atque eiusmodi, petere superbi est.

Beata Catharina Bononiensis testatur, & manu sua scriptum reliquit, se postquã multas à Deo gratias obtinuisset, quadam vice tentatione dæmoniacam, cum detexisset, de se præsumendo & sibi ipsi complacendo dæmoni dixisse. Nullum mihi occultum mouere bellum potest, quin ipsa fraudes tuas mox detegam. In culpæ huius, quæ ad eum vide-

Periculo plenum.

In libello ab ipsa scripto, histor. Minorum p. 3. lib. 4. c. 33.



324 FRANC. ARIAS CAP. VI  
tur leuis poenam, ait, permittit  
Deum, secundò vt à dæmone falli  
reuelationibus, quibus crederetur  
deciperetur. Primò illi apparuit  
forma Christi crucifixi, secundò  
Deiparæ Virginis figuram assumptam  
Cum ergo his & alijs tribulationibus,  
& miris ariditatibus tentatus  
timorem Dei non exueret, magis  
illi claritate aperuit Deus, quas  
veras habuerat reuelationes, falsas  
fuisse & illusorias, lucem quoque  
consolationem, quam hæc culpa  
miserat, reddidit. Exinde ad eò sapi-  
it, simul & alios sapere voluit, vt  
omnes Dei famulos admoneret, vt  
ibi ab inimici illusionibus cauerent,  
nec facillè reuelationibus crederent,  
nisi antè viri eas docti & periti,  
Ecclesiæ Præsules examinassent.

Alia huius consilij ratio est, quo-  
niam quod nobis in hac vita præce-  
pit Deus, & in quo perfectio & per-  
fectus eius amor, quo gloriâ conse-  
qui coelestem possumus, consistit,  
non est hæc similiaque habere, non  
miracula, non portenta aliaque opera  
pro-

prodigiosa, aut oculis carnis mirabilia patrare, sed Dei legem servare, virtutibus perfecte eius præcepta & consilia complere, veras virtutes tenere & exercere, propriam voluntatem abnegare, & crucem, id est, pœnas & ignominias, ob ipsam virtutem sustinere. His in cælum via patet, ita Deus ex toto corde amatur. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Qui habet mandata mea & servat ea, ille est qui diligit me.* Atque in hoc nos se mirari vult Dominus dicens, *Discite a me, mansuetudinem & humilitatem, quia mitis sum & humilis corde.* Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Atque in hoc ait perfectio consistere, *si vis esse perfectus, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, vitam meam imitando.* Hoc est, quod sanctos sanctificavit, & Dei amicos reddidit, non verò visiones, raptus, miracula, sed humilitas, mansuetudo, puritas à peccatis, mortificatio, patientia in tribulationibus, amor

paupertatis, caritas & misericordia  
 hanc ob causam, inquit Augustinus  
 noluit Deus, omnes sanctos mira-  
 cula patrare, sed innumeros & quod-  
 dem eximios, nulla penitus faces-  
 ne deciperentur rudiores, dum mi-  
 racula primaria & maxima esse De-  
 dona crederent. Hæc eius sunt ver-  
 ba: Propterea omnibus sanctis non  
 permisit Deus, ut ederent miracula,  
 ne rudiores atque infirmi tam nocentibus  
 animabus errore deciperentur, dum  
 cogitarent, ipsam miraculorum pro-  
 portionem esse maius Dei donum,  
 quam opera virtutis, quibus æterna  
 comparatur vita. Cum ergo virtutes  
 sint id, quod exigit, præcipit & con-  
 sultat Deus, & quod homines sanctos  
 & iustos reddit, & in quo omnis vi-  
 tæ huius perfectio & beatitudo fita,  
 sequitur profecto, hoc nobis esse  
 desiderandum, & spectandum, alia  
 autem dona quæ virtutes non sunt,  
 nec sanctitas, sed exteriora duntaxat  
 earum signa in aliquibus & non  
 in omnibus, (quod quoad exteriora  
 bonis iuxta ac malis communia sunt)

Lib. 83.  
 quest. qu.  
 79.

deside-

desideranda non esse, sed providen-  
 tia & voluntati diuinæ relinquen-  
 da, quæ ijs quibus illa ad gloriam  
 suam expedire, & quos illis rectè v-  
 suros nouit, eadem impertit. Atque  
 hoc non est hisce donis, quando  
 à Deo veniunt, & animæ utilia fu-  
 tura sunt ianuam occludere; sed  
 fraudi & versutiæ dæmonis, item  
 rebus apparentibus & falsis: quin  
 imò est veris Dei donis eam aperire.  
 nam ordinaria ad hæc dona disposi-  
 tio est humilitas: homo autem hæc  
 dona fugiens, eorumque desiderium  
 mortificans, eò quòd suæ conscius  
 sit indignitatis & imbecillitatis, ac  
 metuat, quæ hic latent pericula, quò  
 magis se humiliabit, eò simul magis  
 disponet, vt Deus hæc illi quando  
 opus fuerit concedat. Vt quando  
 sancti viri Episcopatus & dignitates  
 fugiebant, sui que contemptu omne  
 naturæ erga honores appetitum re-  
 frænabant, non Deo ianuam, sed  
 ambitioni & superbix occludebãt,  
 magisque se disponebant, vt has illis  
 dignitates si quando ita conueniret,  
 con-

328 FRANC. ARIAS CAP. VI  
conferret. Ita quoque hæc quæ dicitur  
fugere, non est ianuam Deo occu-  
dere, sed ad omne donum & grati-  
am quæ à diuina eius manu delecta-  
dit, magis aperire: hæc autem Deo  
cura committenda, vt gratuita  
dona det cuicumque & quando-  
cumque voluerit. Creatura autem  
est eadem non concupiscere, vt in  
dictum est, multoq; minus oratio-  
nem, & humilitatis, mortificatio-  
nis, aliaq; opera in eum finem dila-  
gere, vt ea dona concedat, quæ non  
ipsa virtus aut sanctitas, sed multa  
eiusdem testimonia sunt & signa.  
Hoc quod iam diximus, hisce verbis  
docuit iam ante Vincentius Ferrer-  
rius: Qui Deo seruire voluerint, ne  
ambiant in oratione, contempla-  
tione, alijsq; perfectionis operi-  
bus visiones, reuelationes, aut mo-  
tus quosdam insolitos ijs, qui Deo  
seruiunt: nam hoc desiderium ali-  
quam superbæ fibram & funda-  
mentum habet, aut saltem vanæ co-  
rioritatis intentionem.

*In vita  
spirit. cap.  
de remed.  
contra  
tentat.*

Tamet si autem vnusquisque simi-  
li-

lia desiderare non debeat, non ideò  
 tamen, quando alijs Dei seruis hæc  
 contigisse videt, vel audit, eosdem  
 dispiciat, condemnet, aut secus ac  
 debet de ijsdem sentiat. Nam licet  
 primitiua Ecclesie tempus huius-  
 modi donis maximè idoneum fue-  
 rit, ad confirmandam scilicet fidem  
 quæ tum per mundum diuulgaba-  
 tur, ad cuius confirmationem, tum  
 miracula fiebant, & reuelationes  
 Deus, & prophetiæ dona confere-  
 bat; omni tamen tempore, aliqua  
 horum dona in Ecclesie suæ mem-  
 bra, tum ad fidelium consolationem  
 & exemplum, tum ad infidelium  
 conuersionem diffundit. Licet hæc  
 frequenter illusionibus & fraudi-  
 bus diabolicis exposita sint, vt D.  
 Bonauentura fatetur, dum suo ait  
 tempore visiones & reuelationes,  
 & prophetias falsas non paucas  
 fuisse, & confirmat id ipsum san-  
 ctus Vincentius Ferrerius, dum  
 ait suo etiam æuo multos falsos &  
 illusorios fuisse raptus: certum  
 tamen

Non te-  
 mre sen-  
 tentia fe-  
 rēda de ijs  
 qui habēt  
 reuelatio-  
 nes.

De proces.  
 relig. prob.  
 3.

tamen est, aliquoties vera esse dei  
 Dei. Testantur ipsi illi sancti, et in  
 temporibus, multi in hoc decip  
 rentur, multos tamen veras habu  
 visiones & prophetias, & raptur  
 re diuinos. Discat hic ergo De  
 uus, non esse in his statim credend  
 admittendis, & deprædicandis  
 à Deo profectis facilis autem le  
 ne etiam procliuis ad ea in deter  
 rem partem statim interpretand  
 caueat in intellectus ianua ad m  
 quam ijs credendum occludend  
 temerarius aut pertinax esse, sed  
 dicium suspendat velut de res  
 quas ignorat, earumque examina  
 determinationem relinquat ijs qu  
 bus id in Ecclesia ex officio incu

Relin-  
 quendum  
 id Eccle-  
 sia præpo-  
 sitis.

qui Scripturæ sacræ luce, Sancto  
 rumque ex doctrina, particulari  
 ponderatis circumstantijs, ve  
 ritatem discernere &  
 inquirere pote-  
 runt.

CAPVT VII.

*In oratione potius voluntas, quam intellectus exercendus, magisq; anima virtutum affectum, quam speculationem cogitationemq; elicere debet.*

**E**TSI ijs qui peritiores, sufferit forsan, paucis hoc documentum perstringere, verum quod omnibus prodesse velim, visum est particulariùs ac distinctiùs ipsum exponere. Habere diximus hominem in superiori animæ parte duas potentias, intellectum & voluntatem. Intellectus partes sunt, Actus intellectus. res intelligere, cognoscere, considerare, meditari, & videre: ideoque intellectus dicitur, & est velut viuis & perspicax animæ oculus. Eius officiù, spirituales rerum quas intellexit species & imagines conseruare, quò earum recordetur, atq; inde memoria intellectiua dicitur. Actus voluntatis. Voluntatis autem benè constitutæ officium est bonum amare ac desiderare.



332 FRANC. ARIAS CAP. VI  
derare, atque in eo gaudere, sperare, & in Deo, quod obtinebitur, quando difficile quidem fuerit, quale est gratia & gloria, condescendere, atque animum ad id concipere. Econtra malum culpæ fugere abominari, ob id dolere, ac trahere, quin & timere, suis diffidere, ab eo abstinere, & aduersus peccatum indigere, fugere quoque poenæ æternæ, quod culpæ debetur, malum. Hi sunt actus voluntatis: hinc eius effectum dicimus hæc operationes facere, quæ in ipsa merè spirituales sunt, ac sine vlla corporis transmutatione ac motu fiunt, respondensque alijs similibus actibus in appetitu sensitivo consistentibus, quæ cum transmutatione corporali & sensibili peraguntur, ideoque passionibus dicuntur. Hi sunt actus & operationes voluntatis & intellectus, qui in oratione mentali, rerum diuinarum consideratione omnia exercentur: in hac enim percipit & considerat intellectus, & amat bonum, & inuenit ac detestatur malum voluntas.

Aduer-

Aduertendum autem, primarium  
 quod in oratione spectatur exerci-  
 tium, & præcipuum qui inde colli-  
 gendus fructum, non esse intellectus  
 operationes, quæ sunt, intelligere  
 & cognoscere veritates, easque in-  
 quirere & considerare; sed volunta-  
 tis, quæ sunt amare bonum & odisse  
 malum, ac reliquos affectus sanctos  
 & virtutû actus, quos iam exposui-  
 mus. Hinc quando hæc mysteria me-  
 ditamur, ita dirigenda consideratio,  
 ut scilicet voluntas excitetur, & ad ali-  
 quem affectum bonum & volunta-  
 tis actum moueatur, v. g. vilicatem  
 homo suam & peccata euoluens, ita  
 hanc considerationem dirigat, ut  
 voluntas actu quodam contemptus  
 sui ipsius moueatur, ut ab alijs con-  
 temni velit, quod id iustum, æquum,  
 & Dei sit voluntas. Atque hic hu-  
 militatis est actus. Perpendens au-  
 tem, quæ peccatis debeantur sup-  
 plicia, & quæ Christus propterea  
 passus sit, hanc considerationem  
 dirigat, ut voluntas ad aliquas in  
 hac vita molestias pro Christo  
 pacien-

Praxis ex-  
 ercendi  
 actus vo-  
 luntatis  
 in oratio-  
 ne.

Excitandi  
 affectum  
 Humili-  
 tatis.

Patientiæ. exultet in laboribus quos modo pa-  
 titur: si sunt actus patientiæ. Perpen-  
 dens mala & damna peccati, hanc  
 considerationem ordinet, ad pecca-  
 ta plangenda, ob eadem dolendum,  
 pro iisdem satisfaciendum; atque  
 poenitentia. poenitentia actus. Cogitans diuina  
 beneficia ac bonitatem, ordinet hanc  
 considerationem, ut voluntas exci-  
 tetur ad desiderandum efficaciter  
 omnibus Dei voluntatem comple-  
 re: & rebus omnibus mundi præfe-  
 re: & ante quiduis potius & quod-  
 cumque damnum & mortem perfer-  
 rendam, quam eam in aliquo infringere  
 & transgredi. hi actus amoris  
 & obedientia erga Deum. Cogitans  
 verò Christi paupertatem, & quæ  
 paupertate voluntaria sita sunt bo-  
 na, desideret, ut aliqua in re sibi de-  
 sint necessaria, gaudeatque ea qua  
 præsens premitur penuria. hi actus  
 paupertatis spiritus. Considerans  
 dolores & acerbissimos Christi cruci-  
 ciatus, voluntate abhorreat sensu-  
 les & prauas delicias gustus, & ca-  
 eto

DE  
 ctus, & f  
 ficaciter  
 tiones  
 que alpa  
 sunt abse  
 plum &  
 tionibus  
 dem diri  
 hinc effi  
 ciat volu  
 modum  
 stiana b  
 bonis co  
 rum cog  
 verisque  
 illarum  
 quæ me  
 fit.  
 Ab h  
 mi mon  
 profect  
 ex sanct  
 bemus,  
 tur con  
 primis  
 tur. Pr  
 randur

DE ORAT. MENTALI. 335

ctus, & firmiter secum statuatur & efficaciter decernat similes delectationes fugere & castigare, carnemque asperitate macerare. hi actus sunt abstinentiæ & castitatis. Idipsum & in reliquis bonis considerationibus agendum, ita scilicet eadem dirigendo, ut bonum aliquem hinc effectum ac virtutis actum eliciat voluntas. Huiusce rei clara admodum est ratio: vitæ namque Christianæ bonitas & sanctitas non in bonis conceptibus ac rerum sanctarum cogitationibus, sed in solidis verisque virtutibus, & præsertim in illarum actibus & operationibus, quæ medulla virtutis sunt, consistit.

Abstinentiæ & Castitatis.

*D. Thom.*

1.2. q.3

4.2.

Ab hoc documento, quod maximi momenti, ac velut radix est & profectus omnis spiritualis, quem ex sancto hoc exercitio elicere debemus, fundamentum, hæ sequuntur conclusiones, quæ notandæ imprimis sunt, ut executioni mandentur. Prima est: non sunt ad benè orandum quærendæ considerationes & con-

Non que-  
rendæ  
confide-  
rationes  
subtiles;  
sed piæ &  
inflam-  
mantes.

Inhæren-  
dam con-  
sideratio-  
ni mouen-  
ti volun-  
tatem.

& conceptus acuti, ac subtiles,  
ad intellectū duntaxat excitant  
conducunt; sed considerationes  
ac deuotæ, quibus excitetur  
flāmetur voluntas. Atq; hic est  
ctus qui queritur. Secunda: ad  
aut multas horas in oratione tra-  
cēdas nō multis opus est punctis  
curfibus, considerationibus, sed  
illa consideratione, quæ ad volun-  
tem mouendam excitandamque  
ficiat. Proinde meditans ex  
puncto celeriter ad aliud, & ex  
consideratione in aliam nō delat-  
dat oportet, verū vnum confide-  
rando punctum, quod ex se ad  
nendum sic efficax, ad tempus  
persistat, ruminans id, & attente  
quietè ponderās, donec ad aliquem  
voluntas affectum, vt diximus, ex-  
citerur. Exempli causa: Disponit  
quis ad meditandum, quando  
& misericordia fuerit supremæ  
illam maiestatem, cum homine  
nimè opus haberet, carne se metum  
induisse, & nostras in se penas,  
nos ab ijsdem liberaret, gloriam

nobis & participationem diuinitatis communicaret, suscepisse: in hac consideratione eatenus se detinet, donec hoc beneficiū admirans magnique faciens voluntas ad affectum erga Dominum qui id ipsum fecit, & ad illi seruiendi desiderium excitetur. si autem, postquam aliquamdiu in aliqua harum considerationum hæsit, voluntatem minimè moueri sentiat, ad aliam ex iis quas paratas habet transeat, & idem hic agat quod ante, cum quiete expectās, donec misericordia ipsum diuina sancto aliquo uisitet affectu, petatque sibi eum cito dari, idque desiderando, uti diximus.

Tertia conclusio, quòd quando meditans voluntatem pio aliquo erga virtutem affectu, quales sunt dolor de peccatis, sui ipsius despectio & contemptus, feruens pro Deo molestias patiendi desiderium, vel amor & gustus Dei, aut eiusdem perfectionum atque operum æstimatio & admiratio, & alij (quos ante descripsimus) iam excitatam sentit,  
 P vltorius

Et tam  
diu quam  
hac affe-  
ctus flam-  
ma durat.

ulterius ad alia puncta minime  
seat, sed in hoc tam diu se affectu  
cupet, quamdiu durat, etsi totum  
orationis tempus impenderet. Cuius  
enim hic primarius sit orationis  
fructus, quoties hunc Deus offerre  
arripiat, etsi à principio orationis  
ad finem vsque. Si autem hic affectus  
desit, ad aliud transire punctum  
test, cum humilitate expectans  
sirationem Domini, si autem  
voluntatem affectu moueri, sed  
se orationis hora ab vna in aliam  
considerationem deuolutum  
comperiat, non propterea se  
gat aut turbetur, sed pacifice legi-  
rat, cum ita diuinam compleat  
luntatem, qui primarius est  
quem spectare debemus, vi iam

De proces-  
Relig. c. 11.

te declaratum est. Ita, inquit D.  
nauentura, amator orationis affe-  
scat sapius ad illam recurrere, di-  
tius in eadem se detineat, nec ca-  
ieuitate aut fastidio motus deserat  
sed ad diuersos se mouere affe-  
conetur, & quando bonum aliquod  
affectum concepit, quamdiu is

rat, in eo se detineat, & ad singula bona auxilium diuinum imploret; si autem vt petit, minimè illi succedat, patienter sustineat, & expectet. Vt autem facilius & vtilius voluntas hisce affectibus moueatur, eosque in se formet & concipiat, opera danda, vt ex amore Dei eodem exerceat, id est, ad illi placendum, & quoniam ita vult Deus. verbi causa, quando quis despici, contemni, aut aliquam poenam subire vult, aut de peccatis dolet, id desideret, vt ita Deo satisfaciat; & quoniam id eius beneplacitum ac voluntas est. atque ita de reliquis.

Idque ob Dei amore & beneplacitum.

Hanc enim omnibus in rebus nostrum esse finem, par est, iuxta illud Pauli. *Omnia vestra in charitate fiant.*

1. Cor. 16.

P 2

CA-



*Desideria & affectus generales singu-  
latim operibus virtutum applican-  
di, & praesertim virtuti, qua ma-  
ximè indigemus.*

**D**ECLARATVM cum sit  
quod primum orationis  
officium, & praecipuus, quod  
ex ea haurire debemus, fructus  
sanctos scilicet hosce affectus, &  
actus virtutum exercere; iam ostendimus  
oportet, quomodo iisdem  
oporteat. Vbi ergo voluntate Deo  
in oratione aliquo affectu ac des-  
derio sancto mouerit, non satis est  
homini debet, in genere hunc affectum  
habere, sed per ipsum moueri  
particularia opera & exercitia vir-  
tutum descēdat oportet. Verbi causa,  
sa, Dat alicui Deus desiderium  
placendi, ac voluntatis eius imple-  
re; qui est affectus amoris, hoc  
desiderium generale sufficere mihi  
debet, sed ad particularia ven-  
re, & videre in quo pro statu suo, &

Praxis af-  
fectibus  
excitatis  
vtendi, &  
exercen-  
di actus  
virtutum,  
Charita-  
tis siue a-  
moris, ad  
placendū  
Deo.

DE ORAT. MENTALI. 341

pro boni Christiani officio illi placere queat. & cōsiderare, si cōiugat<sup>o</sup> sit & familiā alat, placere illi possū<sup>Idque in statu lai-</sup> educando filios in timore Dei, ma<sup>cali,</sup> lum illorum castigando, virtutum operibus illos applicando, seruos meos legem Dei docendo, & singillatim inducendo, vt Sacramenta frequentent, vigilando quoque, vt peccandi illis occasiones & alia similia præscindam. & in particulari eliciat hoc desiderium & firmiter hoc agere statuatur. Si Sacerdos est, cogitet, Ego illi placere possum, Ecclesia-  
maiori deuotione & quiete Sacra<sup>stico:</sup> celebrando, & melius ante me ad eadē preparando, & post magis ex animo & diutius gratias agendo, maiori cum silentio & relectione in templo agendo, & diuinum officium maiori corporis reuerentia, & animi attentione recitando: seruire quoque illi & placere possum opera caritatis exercendo, ignorantibus docendo, confessiones excipiendo, pauperum necessitatibus succurrendo; & in particulari

P 3      secum

**Religio-  
so.**

secum statuat, opere & re ipsa  
exequi. Si Religiosus, cogitet,  
placere illi possum, melius re-  
lam meam seruando, fidelius im-  
rioribus meis obediendo, pauper-  
tem magis exercendo. & hoc etiam  
firmiter secum statuat.

**Cuius in-  
cipientiū.**

Adeundem modum cui primū  
seruire Deo incipienti, datur in  
tione ingens desiderium & affectus  
ad in virtute proficiendum & in  
more diuino crescendo; is motus  
particularia descendat & dicat  
Quid me impedit, quò minus in  
tute proficiam? ratio & experientia  
dicent, Impedit te tua in bonis ex-  
citijs socordia, inordinatus hono-  
ris, & æstimationis ab alijs affectus  
nimium erga delicias corporis  
dium. Impedit te loquendi quæ  
habes libertas, ad vanas conuersa-  
tiones & noxios affectus, iræ, impo-  
tientia, murmurationis, contumacia-  
nis, & nimia pertinacia licentia  
mox ergo in particulari proposito  
firmum concipiat, hæc impedimen-  
ta auferendi, & vi eadem abrum-  
pendi

CAP. V.  
re ipsa  
cogitet,  
melius re  
fidelius  
do, pauper  
& hoc er  
cui prim  
datur in  
& affect  
adum & in  
m; is mor  
& dicit  
minus in v  
experien  
h bonis eius  
natus hon  
lijs affect  
corporis ill  
uendi qua  
s conuer  
s, irā, imp  
contentio  
iz licentia  
i proposit  
mpedim  
em abrum  
pendi

DE ORAT. MENTALI. 343  
pendi. hoc scilicet est à generalibus  
affectibus & desiderijs ad particula-  
ria descendere.

Ad eundem modum, qui confide-  
rando virtutum in Christi vita &  
Passione relucentiū exempla, illius  
imitandi, & humilitatem, mansue-  
tudinem, misericordiam, benignita-  
tem, & temperantiam illius sectan-  
di, accipit coelitus desiderium, non  
satis illi esse debet generale harum  
virtutum desiderium, sed particula-  
tim cogitare, quibus humilitatis o-  
peribus illum imitari poterō? Pote-  
ro, dando meliorem alijs locum,  
prius illos compellando, mea non  
dilaudando, defectus meos non ex-  
cusando, & vestes elegantes rei jei-  
endo: ita & in reliquis virtutibus,  
ad particulares illarū actus, in qui-  
bus imitari Dominum queat, descē-  
dat. hoc firmiter secū statuatur, & piū  
hoc propositum ac desiderium vali-

Affectum  
sequi de-  
bet effe-  
ctus. saltē  
in firmo  
proposito

ris solidisq; crescit virtutibus, ma-  
 ramque meritorum fegetem collu-  
 get. singula namque desideria & a-  
 fectus sanctos, quibus aliquod  
 tutum opus exercere statuit, no-  
 ter recipiet Deus, ac si virtutes  
 iam exercuisset. Nam ut consensum  
 ad malum non minus castigat, quod  
 si re ipsa patratum esset, ita propo-  
 tum boni non minus remunerat  
 quam si iam opere id homo contu-  
 set. Et licet virtutes omnes aliquo  
 modo omnibus necessariae sint, &  
 eas singuli habere contendere debe-  
 ant: tamen quoniam vno eodemque  
 tempore æquali contentione omni-  
 bus quis incumbere non potest, &  
 vnus hac, alius illa virtute magis in-  
 diget, quod maiorem natura ad hanc  
 repugnantiam & acriores tentatio-  
 nes experiatur, propterea seruum  
 Dei par est, præsupposita generali  
 illa eius ad omnia peccata & culpa  
 vitandas contentione, maiori ali-  
 quamdiu in illa virtute comparan-  
 da studio incumbere, quam sibi de-  
 esse & magis esse necessariam com-  
 perit.

Et hoc re-  
 munerat  
 Deus, ac  
 pro facto  
 habet.

Instituen-  
 dum ma-  
 xime vir-  
 tuti qua  
 quis in pri-  
 mis indi-  
 get.

DE C  
 perit, de  
 que pos  
 horum  
 ad hos  
 cacia il  
 enda di  
 tia, si de  
 riar, ad  
 uerla, r  
 fideria  
 gat. Si f  
 tiones  
 proxim  
 quantu  
 standu  
 dum. T  
 liquod  
 tur, q  
 ditatur  
 licere  
 studet  
 quam  
 hodie  
 ad ali  
 donec  
 benè  
 dera

perit, donec illam, quietius firmiter  
 que possideat. Et tunc orationem ac  
 horum mysteriorum meditationem  
 ad hos potissimum affectus & effi-  
 cacia illius virtutis desideria elici-  
 enda dirigat necesse est. Verbi gra-  
 tia, si deesse sibi patientiam compe-  
 riat, ad vera, pro Deo molestias, ad  
 versa, repugnantiaque patiendi, de-  
 sideria elicienda, orationem diri-  
 gat. Si fraternam caritatem, cogita-  
 tiones dirigat ad affabilitatem erga  
 proximos exercendam, neminem  
 quantum quidem licuerit, contri-  
 standum, & omnibus bene facien-  
 dum. Tunc autem quis ad tempus a-  
 liquod, idem propositum profequi-  
 tur, quando licet mysteria quæ me-  
 ditatur diuersa sint, ex illis tamen e-  
 licere affectus virtutis quam ambit,  
 studet. Nam vt, qui scientiam ali-

Et eò ora-  
 tionem  
 dirigenda.

Simile.

Licet ma-  
 teria aliã  
 atq; aliã.

346 FRANC. ARIAS CAP. II.  
aliquid incumbere ipsum par est, omnes huc actiones, & exercitia, præsertim orationis dirigendo. Hæc autem, quam quærit virtutem, comparando, nullam penitus aliam amittit, nam quoniam illæ coniectæ & catenatæ sunt, vbi vnâ perfectè nactus fuerit, omnes iam nactus est.

CAP. IX.

*De attentione ad sanctum hoc exercitium necessaria, deq; medijs, quibus ea comparatur.*

**V**T oratio mentalis & horum mysteriorum cõsideratio pro ut par est, fiat, seruus Dei quantum potuerit, elaboret necessitate, vt in eadem cum attentione & interiori potentiæ suarum recollectione se occupet: ne scilicet à corpore, somno & inertia se vincat, nec in pusillanimitatem cadat, nec vanis & inutilibus cogitationibus distrahatur: sed corde sit vigili, excitato, viuo, & ad ea, quæ meditatur, atten-

Attentio  
in omni  
oratione  
necessaria.

DE ORAT. MENTALI. 347

attento, huc omnem intellectum & voluntatem applicando. Hæc attentio licet ad orationem etiam vocalẽ necessaria sit, in mentalitatem inprimis adhibenda. Potest enim quis sine attentione actuali ad aliquod tempus vocaliter, licet imperfectè orare; at, si attentio in mentali deficiat, nihil prorsus meditando agit. hinc pretiosum quid est oratio mentalis, ob maiorem attentionem & sensum qua peragitur, Certum est enim, lingua tacente, & animæ attentione exterioribus verbis non applicata, interiorẽ ad res diuinas attentionem intensiorem, perfectiorem, viuaciorem & ad omnes sanctos voluntatis affectus mouendos efficaciorẽ fore. Et tametsi hæc attentio sine vlla hominis culpa, in oratione deesse queat & mentali & vocali, ac voluntas, & diligentia, qua quis ad meditandum se componit utilis esse non desinat, quando scilicet sine vlla eius culpa, vti

Maximè  
in Mentali.

Part. 3. c. 1.

P. 6

que



que se quis accingit, adnitendum  
est, ut quam maximo ad parandam  
attentionem studio incumbat: nam  
hac deficiente tota deficit oratio.

Hæc enim  
fine attē-  
tione nul-  
la est.

Cum ea,  
mouet  
Deum.

Tum verò, quòd quò in rebus di-  
nis meditandis attentiores fueri-  
mus, eo & Deus in nobis benefaci-  
endo futurus sit attentior, & maior  
luce coelesti intellectum illustra-  
rus, & vehementiore amore diuini  
affectum inflammaturus. interea  
namque attentione anima ad Deum  
pertingit, & proinde quò maiorem  
attentionem adhibet, eò & propius  
ad Deum accedit, magisquè de do-  
nis eius participat. Quoniam autem  
angeli boni dum orantibus assistunt,  
in hoc Deum imitantur, certum est  
animam, quò magis ad attentionem  
in oratione comparandam enititur,  
eò & Angelos magis mouere & in-  
uitare, ut sibi oranti adstent, id fecerit  
agètes, quòd angeli superiores cum  
inferioribus, à multis nempe illam  
ignorantijs purgando, & illustran-  
do, intellectuam potentiam con-  
firmando, sanctos illi conceperit, &  
perfe-

Mouet  
Angelos.

DE ORAT. MENTALI. 349

perfectiorem, clariorem, distinctio-  
remque rerum diuinarum cognitio-  
nem ingerendo: voluntatem etiam  
mouendo, & sanctos ac dulces in ea  
erga res diuinas affectus excitando,  
aperiendo quoque, quam illæ ama-  
biles, suaves & conuenientes sint.  
Hæc aliaque bona adfert debita in  
oratione attentio: quæ bona magno  
suo damno & ignominia perdit, qui  
culpa sua à somno, inertia, aut di-  
stractionibus, attentionem tollen-  
tibus vinci se patitur.

Iam media quibus hanc compa-  
rare homo queat videamus. Primū  
est, humili illā supplicatione à Deo  
petere, proinde inter ea quæ in prin-  
cipio orationis petenda sunt, hæc  
etiam locum obtinet, vt scilicet in-  
finita sua misericordia, & passionis  
sue meritis virtutem nobis & gra-  
tiam concedat, qua debita cum re-  
uerentia & attentione coram maie-  
state eius compareamus. Deinde, ea  
quæ de vita ac passione Christi Do-  
mini meditanda sunt, velut præsen-  
tia oculis obijcere: ne scilicet in

In præpa-  
ratione  
meditati-  
onis pe-  
tenda à  
Deo at-  
tentio.

350 FRANC. ARIAS CAP. II  
sola imaginatione Ierusalem aliaque  
terræ sanctæ loca, in quibus hæc co-  
tingere mysteria, ad eam, sed coram  
nobis & in præsentia nostra fingamur  
statuamusq; locum incarnationis  
natiuitatis, & alia, itaq; cõsideremus  
mysteria, quasi modò coram nobis  
agerentur, internis animæ oculis  
hic Virginem, Angelum, & puerum  
Iesum intuendo, & quæ hic loquuntur  
verba audiendo. Documentum  
hoc id omnibus rebus corporeis  
quas meditamur, obseruandũ. Nam  
ita maiori easdem cum suauitate, &  
attentione meditamur & viuacius  
perfectiusq; menti repræsentamus.  
Si verò quæ meditamur, spiritualia  
sunt, verbi gratia, animæ, substantiæ  
angelicæ, & perfectiones diuinae,  
dona gratiæ, aliaque beneficia diuina,  
vel nullo eadem fingere oportet  
loco, (hoc enim minimè est necessa-  
rium, nullo enim continentur loco  
vti quæ corporalia sunt.) aut si illa  
in loco aliquo cogitamus, vti & cogi-  
tari queunt, etiam ea nobis præ-  
sentia fingere possumus. verbi causa  
boni

Rei me-  
ditandæ  
quasi præ-  
sentes in-  
hærendũ,

bonitatem & pulchritudinem Dei  
meditantes, illum nobis præsentem  
figamus: hic & gloriam, angelos &  
animas beatas, quasi nobis ante o-  
culos versarentur, & nos omnibus  
præsentem essemus, consideremus.  
Ita scilicet maior paratur attentio,  
resque facilius considerantur.

Tertiò, ut quando homo medita-  
ri debet, vel noctu, vel mane, ea de  
causa surgendo, excitatus, puncta  
meditanda animo voluat, alias om-  
nes cogitationes, etsi bonas, exclu-  
dendo. Per magni quippe refert, ut  
primitiæ temporis & cordis sancto  
huic exercitio dentur: quia enim cor  
nostrum valdè delicatum est, facile  
quæ nocere queunt illi adherescunt:  
hinc si alij rei, etsi bonæ, locum de-  
mus, hæc orationis tempore nobis  
occurret, aut alias mouebit, quæ tunc  
nos distrahent & mouebunt. Proin-  
de utile fuerit, ut oculos corporis  
aperientes, etiam mox animæ ape-  
riamus, ut videamus, quæ nobis me-  
ditanda sunt, & desideria & affectus  
ad Deum dirigamus, illum inuo-  
cando,

Materia  
Meditati-  
onis præ-  
cogitan-  
da.

cando, desiderando, & propter ipsi  
suspirando, ad illum aspirando,  
cum illo loquendo. Quando autem  
verò tempore oratio erit instituen-

*In tracta-  
tu de rosa-  
rio ad ver.  
2 §. 1. &  
libello de*

*imitatio-  
ne B. Virg.  
6. 24.*

*Inchoata  
Meditati-  
one, om-  
nes alie-  
na cogi-  
tationes  
abijcien-  
da.*

*Simile.*

da, adiuuare eam poterit lectio pro-  
ua, ut alibi diximus: alias curas  
opera seponendo, eaque Deo com-  
mittendo, ut etiam alio dicitur  
loco.

Postquam autem orationem incho-  
auimus, violenter omnes alie-  
rum rerum cogitationes abijcien-  
dae sunt, non modò vanæ & malæ, sed  
etiam bonæ, quod huius loci ad  
temporis minimè sint. Vanas autem  
cogitationes, tam ex nostra infirmi-  
tate quàm dæmonis astu, quò ora-  
tionem impediatur, nobis occurren-  
tes reijciendi modus is est, ut eis non  
attendamus, nec easdem excutimus  
quales sint, nec aduersus singulas  
depugnemus, sed animum ab ip-  
sa auertamus, conceptum quem ceperimus  
prosequendo, & ulterius in eodem  
procedendo: aut si ipsum interru-  
pimus, mox ad eundem reuertendo:  
prudentis & discreti viatoris  
instar,

instar, cuius magni refert non cessa-  
 re, aut quiescere per iter, qui, si ca-  
 relli allatrent, aut ab alijs ad loquē-  
 dum, aut fabulandum vocetur, aut  
 ab ipsis irrideatur, ad illos se mini-  
 me conuertit, nec illos intuetur, sed  
 vterius procedit, iter suum profe-  
 quens. Ita seruus Dei agat oportet,  
 quando inter orandum aliqua co-  
 gitaciones, aut imaginationum im-  
 petus irruunt, non respiciat, quales  
 sint, sed omittat, eas non conside-  
 rando, nec respiciendo, sed punctū,  
 quod meditari coepit, sine vlla tur-  
 batione prosequendo. Idem facien-  
 dum etsi graues contra castitatem,  
 aut Deū sint tentationes, ne scilicet,  
 eas respiciendo, se occupet, sed fi-  
 lum orationis prosequatur. Non  
 est autem quod vllum inde damnū  
 metuat, hoc ipsum enim non re-  
 spicere, nec illas intueri, & audire  
 nolle, sed abhorrere & resistere, ad-  
 mirabilis easdem reiiciendi est ra-  
 tio. Ita suadet sanctus Gregorius, in  
 illud quod de cæco, (qui in via le-  
 richuntem versus audiens Christum  
 trans-

simile.  
 Praterē-  
 da sunt  
 quasi sur-  
 da aure.

Optimus  
 ille eas  
 vincendi  
 modus.

CAP. II.  
 propter ip-  
 irando,  
 ando an  
 institues  
 ectio pro-  
 s curas  
 Deo con-  
 io dictum  
 onem in  
 mper ali-  
 bificiend-  
 malz, sed  
 s loei ad  
 rias autem  
 a infirm-  
 quō or-  
 occurren-  
 ve eis nō  
 excuti-  
 sus fringu-  
 num ab ip-  
 em coep-  
 ius in co-  
 um inter-  
 reuert-  
 i viacōn-  
 instar,



Luc. 18.

transeuntem, illum in clamando  
 cens, *Iesu Fili David, miserere*  
 qui, etsi ab alijs reprehenderet  
 inhibentibus ne clamaret, non re-  
 spondit, sed maiori feruore & ve-  
 tiori voce clamauit, *Iesu Fili David*  
*miserere mei,*) narrat S. Lucas, & sepe  
 sepe nos, dum orationi incumbimus  
 exagitant peccatorum cogitationes  
 & imaginationes, atque hęc est  
 ba, quę nos impedire conatur. Sed  
 autem faciendum est, vt quod cogita-  
 tionum strepitus nos magis exag-  
 tat, eò maiori ardore orationi in-  
 stamus, maioriq̃ue conatu Christus  
 in clamemus, donec cogitationum  
 molestiam vincamus, & audiamus,  
 & illustremur. Optima ergo ad ve-  
 nas & malas cogitationes, quę tem-  
 pore orationis perturbant, arce-  
 das pellendasq̃ue est ratio, violent-  
 ter & diligenter orationem & con-  
 ceptus nostros prosequi, & affectum  
 desideriumq̃ue cordis ad Deum in-  
 stollere, clamando, donec cogita-  
 tiones euanescent. Si autem nec  
 quidem abeant, non propterea in-  
 stemur.

DE ORAT. MENTALI. 355

stemur, aut turbemur, sed patienter  
sustineamus, à manu diuina hanc  
molestiã accipiẽtes & eam ob amo  
rem Dei pati volentes, atque hæc  
sepe maior nobis erit de inimico  
victoria, & maius apud Deum me-  
ritum & lucrum, quam si statim ini-  
micus fugeret, nosq̃ue ab omni alie-  
na cogitatione liberos sineret.

si durant  
tolerandã  
propter  
Deum.

CAP. X.

*De alijs ad attentionem in oratione  
parandam medijs, & qua eadem  
moderanda discretione.*

**Q**VAE hæctenus ad attentio-  
nem in oratione parandam  
media suggestimus, necessa-  
ria sunt & maximè utilia, ac omniũ  
præstantissimum & optimum est ve-  
rus & feruens Dei amor. Hic scilicet  
vera cor Deo colligit, ipsumq̃ue ut  
attentum & in mysteriorum & ope-  
rum Dei ipsius consideratione quie-  
tum sit efficit. Hic cum facilitate à  
corde inutiles & vanas cogitatio-  
nes in oratione & extra eam occur-  
rentes

Feruens  
Dei amor  
attentum  
facit.  
Gregor. in  
moral. lib.  
30 c. 12. in  
noua edit.



rentes pellit. nam vt ipsa ait Vbi  
*Matth. 6.* tas, vbi est thesaurus tuus, ibi cogitatio  
 tuum: id est, vbi amor est hominis  
 vbi res est amata, ibi eius cogitatio.  
 Ita quoque ipsa docet experientia  
 nam quod multum amamus & desi-  
 deramus, de hoc assidue cogitamus,  
 idque sine difficultate aliqua, & in-  
 iam nihil minus volentibus animis  
 occurrit, quod ex corde dilige-  
 mus. Vnde sequitur, quod, sicut ex-  
 peritura terræ bona, quæ varia &  
 plurima sunt, amant & desiderant,  
 eadem cogitant, ita ex corde vnicum  
 & æternum, quod est Deus bonus  
 & omnia propter ipsum amant,  
 cogitatio nostra ad eundem fertur  
 & facile ac sine labore villo, intelle-  
 ctus cogitatione in ipsum Dominum  
 & mysteria quæ ex bonitate & infi-  
 nita caritate pro nostra operatus est  
 salute, feremur. Hinc Climacus ait  
*Grad. 28.* Vt militis in duces amor elucet,  
 si in prælio pro ipso decertet, ita  
 tempore orationis facile apparere  
 quem homo diligit. si enim Deum  
 amat, cogitatio ad ipsum fertur.  
 Hoc

DE ORAT. MENTALI. 357

Hoc ergo sancto exercitio re ipsa in  
Dei amore crescimus. quo enim eū  
amplius diligemus, ita facilius &  
frequentius de ipso cogitabimus.  
Vbi ergo magnum ac vehementem  
amorem habuerimus, qui in corde  
nostro omnem rerum terrenarum  
amorem & affectum delet, magna  
dulcedine & quiete de ipso cogita-  
bimus, & omni tempore & loco cor  
ad ipsum visitatione quadam ama-  
bili sublatur, & suavi quodam a-  
more illi unitum, habebimus.

Nihil autem adeo hominem in  
oratione turbat, & animam alienis  
ab eo loco ac molestis cogitationi-  
bus distrahit, quam anxij de ijs re-  
bus, quæ ad officium suum & sa-  
lutem æternam spectant timores.  
Tunc temporis siquidem homo ti-  
met, ne eius quod illi ex officio in-  
iunctum est post orationem obliuif-  
catur, ut valeat efficere: angitur, an  
quod illi præceptum est, bene an ve-  
rò lectus succedet: an hæc & illa sit  
impedimenta habiturus: an in hoc  
quod egit peccarit nec ne: an confi-

Quæ ma-  
ximè tur-  
bent &  
augant in  
oratione.

teri

teri id ipsum teneatur an non, & de  
alia huiusmodi. In rebus autem  
salutem spectantibus, hæc inprimis  
metu incutiunt, an de electorum  
numero nec ne: perseveraturus  
an non: an saluandus, an conde-  
nandus: Optimum ad omnes horum  
timores superandos, & cor quies-  
tandum, & aduersus omnes diffi-  
cultates, quæ hinc nascuntur firma-  
dum, remedium est, totum se in De-  
i manus resignare, omnia in diuina  
voluntatis beneplacitum referre,  
in diuinam eius prouidentiam re-  
sistere, uti iam declarauimus. Facit  
quantum certitudine morali potest  
ad quod ex parte sua obligatus est  
& quod illum facere uult Deus

*Dionys.  
Carthuf.  
contra in-  
ordin. cor.  
art. 27.  
Quomo-  
do supe-  
randa.*

Faciendo quod mo-  
raliter  
possumus  
& debe-  
mus; & in  
Dei voli-  
tate se to-  
taliter re-  
signando.  
p. 1. c. 1. &  
p. 2. c. 5.

cumque videbitur iuxta id quod  
uult, & alij ipsi consulere, omnes  
obligationes (iuxta regulam, quam  
supra posuimus) in omnibus quæ  
offerunt compleuisse; tum secum  
statuat, tam in hac uita, quam in alia  
tam in tempore, quam in æterni-  
tate, contentus esse eo quod Deus  
creuerit, quodque non aliud nec  
plura

DE ORAT. MENTALI. 359

plura petet, quàm ipse petat. Et si homo patri carnali à quo genit<sup>9</sup> est, ob amorem quo illum se prosequi novit, etsi is paruulus ac mutabilis sit, uti amor creaturæ peccatis subiectæ, fidat, nec non & amico, ob aliquam quam in eo expertus est bonitatem: quanto magis homini confidendum in Deo, qui infinita bonitas est, qui infinito hominem amore diligit, è nihilo condidit, & quantum à parte sua tanquam filium suum patiendo & eius causa moriendo genuit, quique eius bonum & salutem, etiam longè magis quærit, quàm ipse desiderat, & desiderare potest. Qui autem tale nondum in anima robur ad hoc modo se in voluntatem Dei ex corde resignandum sentit, non propterea animum contrahat, at hoc ipsum petat, & petere non desinat, donec hæc illi detur benedictio.

Hæc sunt media, quibus attentio In habenda  
ad eum in oratione mentali necessaria da atten-  
& proficua, procuranda est. Sed ad- tione, nõ  
vertendum discretionem hic opus vtendum  
esse, violentia.

360 FRANC. ARIAS CAP. X  
esse, scilicet, ut ita ad ea, quae med  
tanda sunt, homo attentus esse co  
netur, ne nimia ad eam paranda  
vehementia utatur, nec vi quadam  
vehementi rebus meditandis ima  
ginationem applicet. Nam haec vio  
lencia & nimia vehementia nocet  
aliquando capiti, & orationis fru  
ctum impedire possit. Velle namque  
deuotione & motu e rebus diuinis  
nimia violentia imaginatione & pro  
fectus cogendo, elicere, animam potius  
aridam facit. proinde seruanda me  
diocritas, ne scilicet inter orandum  
nimium quis negligens & remissus  
sit, & a vanis se cogitationibus, ut  
dictum est, abripi sinat: item ne  
fatiget, & nimio opere ad attentionem  
colligendam affligat; sed viuo & re  
gili corde sit, ad attentionem la  
bendam adnitatur; sed suauiter, ne  
distrahatur laboret; sed sine vana  
fatigatione faciat necesse est. co  
dens cum attentio donum Dei sit  
uti ante diximus, si quidquid ex parte  
sua est, Dei gratia cooperante,  
idque labore quem ipsa postulat.

Nocet e  
nim.

DE  
io, si  
ipfam  
In med  
& v  
tual  
dum  
V  
notand  
magni  
magni  
myster  
quada  
rent se  
verò  
quada  
sua vid  
lectu p  
porali  
mur, s  
rerum  
sustoll  
diu ia

DE ORAT. MENTALI. 361  
io, sine vlllo excessu faciat, Deum  
ipsam concessurum.

CAPVT XI.

In meditatione à rerum corporalium  
& visibilium cogitatione ad spiri-  
tualium & inuisibilium transeun-  
dum.

**V**T in sancto hoc exercitio Gregor. in  
moral lib.  
6. c. 27.  
multum proficiamus, vtque  
facilius & suauius peragatur D Thom.  
2. 2. q. 182.  
ar. 3.  
nosandum est Documentum aliud  
magni momenti, quod sancti omnes  
magni fecere, scilicet, cum in hisce  
mysterijs visibilia & corporalia Gerson. de  
medit. &  
simpl p 3.  
c 7.  
quædam reperiuntur, quæ dum fie-  
rent sensibus percipiebantur, iam  
verò imaginatione percipiuntur; Dionys. de  
profet.  
charit. ar.  
46.  
quædam etiam spiritualia & natura  
sua videri nescia, quæque solo intel-  
lectu percipiuntur: ne nimium cor-  
poralium consideratione detinea-  
mur, sed mentem ad intellectualem  
rerum spiritualium consideratione In medi-  
tando,  
mens à  
corpora-  
libus ad  
spirita-  
lia trans-  
sustollamus: præsertim quando quis  
diu iam mentalem orationem exer-  
cuit ferenda.

Q

cait in ea iam versatus, tiro natus non ita idoneus est mentem ad ea quæ purè spiritualia sunt, eleuare.

Modus  
meditan-  
di poenas  
Inferni.

Quoniam hoc documentum omnibus rerum corporalium meditationibus commune est, primo aliqua de alijs materijs exemplum nemus, dein ad alia de vita & passione Domini descendemus. Quipenas infernales meditatur, primo imaginatione, latitudinem, longitudinem, profunditatem loci investigat, quasi præsentem haberet, imaginemque vehementiam, animas corporum inclusas in eundem cõiectas, tetrastemaleolentiam, vocum cõfusionem, gustus amaritudinem, & singulorum sensuum tormenta. Vbi anima haererpenderit, ad excitandam seueritatem harum poenarum granitatem sentiat ac timeat, statim ad peccati (quod hanc poenam promeretur) culpam ordinem considerandam, quo ipsa abhorreat & detestetur, intellectum erigat. Simul etiam æquitatem & magnitudinem diuinæ iustitiæ & maiestatem Domini læsi, qui in eam

poena

penæ æternitatem, & gloriæ iacturam (quæ spiritualia & inuisibilia sunt) intueatur: ac dein admirationem, timorem, & reuerentiam concipiat. Considerat aliquis mortem, quæ meditatio permagni momenti est, is fingat corpus suum ægrum lesto affixum, vires paulatim, visum & colorem amittere, atque cum morte luctari: post mortem id ab omnibus deferri, & terra obrui, in qua putrescat. hæc omnia corporalia sunt. his aliquantum immoratus, excitet se ad rerum mundanarum contemptum. dein digrediatur ad spiritualia: puta, animæ ex hoc corpore egressum, in alteram vitam ingressum, rationem Deo reddendam: quantum sit bonum in iudicio Dei liberum & æterna dignum gloria indicatum esse; quantum econtra malum, condemnari, & ignibus æternis adiudicari: virtutis quoque dignitatem, quæ tam felicem habeat finem, & peccati malitiam, quod tam funestam nanciscitur catastrophen. horum consideratione motus

Mortem.

Q 2

ad vir-



364 FRANC. ARIAS CAP. V.  
ad virtutem amandam, & malum  
fugiendum excitatur. Hoc ergo mo-  
do corporalia consideranda sunt, &  
visibili & corporali scilicet mente  
abstrahendo, & ad inuisibile & spi-  
rituale conuertendo. Eundem etiam  
modum in vitæ & Passionis Domini  
mysteriorum consideratione vti  
possumus. Duo exempli loco  
adferemus. Natiuitatem Domini  
meditans, imaginatione sibi fingat  
vile diuersorium, & patulum vnde  
quaque stabulum, puerulum benedi-  
ctum, tenerum, paruulum, pauperem  
in duro reclinatum præsepi, frigore  
tremulum, & lacrymas effundentem.  
Compatiatur paruulo, eius pauper-  
tatem & humilitatem exteriorum  
perpendens. Hæc corporalia sunt.  
Deinde intellectum ad spiritualia  
sustollens, amorem & caritatem con-  
sideret, qua suprema illa maiestas  
carnem nostram mortalem suscipere  
voluit, quod nos diuinitatis sui  
participes redderet, nostram quoque  
paupertatem & humilitatem, quod  
diuitias & gloriam daret. Sequitur  
hinc

Natiuita-  
tem Do-  
mini.

DE  
huius b  
tio, &  
quam d  
tari ex  
imitati  
capituli  
primò c  
rale est.  
tum ip  
viciant  
ijciant,  
los euel  
Dein a  
cogitam  
tudinet  
causa a  
mansue  
& vexa  
eisdem  
cara. Id  
melius  
seruanc  
Rati  
non ni  
spiritu  
beamus  
lium ra

huius bonitatis & amoris admiratio, & taliter amantis, redamatio. quam dignum & æquum sit hoc imitari exemplum perpensio, quò se ad imitationem excitet. Eodem modo captivitas Saluatoris meditanda. primò considerandum, quòd corporale est, quomodo nimirum satellitum ipsum turba circumdet, manus vinciant, catenas funesque collo iniiciant, violenter abducant, capillos euellant, barbamque expilent. Dein ad spiritualia procedendum, cogitandumque Saluatoris magnitudinem & potentiam, qui nostri causa ad eò malè habetur, simul & mansuetudinem, quã hasce iniurias & vexationes, ac causam ob quam easdem perferat, nostra scilicet peccata. Idè & in reliquis mysterijs, ad melius dictos affectus eliciendos, servandum.

Eiusdem captivitate.

Ratio autem, cur corporalibus non nimis inhærere, sed ad purè spiritualia statim transcendere debeamus est, primò, quia in corporalium meditatione, eò quòd hic or-

In corporalium nimia meditatione fatigatur anima.

Q 3 ganis

Fit ad me  
ditandū  
spiritua-  
lia ine-  
prior.  
Ledit æ-  
stimati-  
am.

ganis & potentijs corporalibus va-  
tur, anima maiorem molestiam &  
defatigationem sentit. unde & timo-  
rē cōcipit, & à sancto hoc ex-  
citio redditur alienior. Adhæc pro-  
nimia hac & nimis profunda rerum  
corporaliū apprehensione, tandem suo  
tempore in parte æstimatiua læsio  
sentit. hinc fit vt sepe credat se reu-  
ra videre & audire, q̄ tamen reuera  
nō videt nec audit, sed dūtaxat ima-  
ginatur. Ad hæc similia q̄; absurda e-  
uitanda, satius fuerit bonam ora-  
tionis partem rerum spiritualium  
meditationi impendere, quæ intel-  
lectu peragitur; in quo minùs defa-  
tigatur anima, maioriq̄e cum li-  
bertate & suauitate in eo procedit.

Corporea  
& visibi-  
lia sunt  
gradus ad  
spiritua-  
lia.  
Rom. 1.  
2. Cor. 4.  
v. 6.

Alia ac præcipua ratio est, quæ  
(iuxta diuinam ordinationem) res  
corporeæ & visibiles, tam creatura-  
rum, quàm sacratissimæ humanita-  
tis Iesu Christi, institutæ sunt, ve-  
larum adminiculo velut gradibus  
ad spiritualia & inuisibilia Dei con-  
scendamus; atque ijs velut medijs ad  
cognitionem & amorem Dei atrol-  
lamur

lamur, Proinde conuenientissimum  
& utilissimum fuerit, ita seruum  
Dei horum mysteriorum meditati-  
one uti ut per hanc disponatur, quò  
Deus illum ad purissimam diuinita-  
tis suæ contemplationem euehat,  
quæ perfectam animæ cum Deo v-  
nionem (quæ per ardentissimam fit  
caritatem) efficit. Certum est autem  
animam, quò in rerum se diuinarum  
cõsideratione magis à corporalium  
imaginibus & similitudinibus de-  
nadar, magisque in purè spiritualiũ  
meditatione exercet, adiuncta pu-  
ritate conscientie & imitatione  
Christi eo magis se disponere & a-  
ptiorem reddere, ut Deus pia sua  
manu ad contemplationem, id est,  
clariorem Dei cognitionem, ac per-  
fectiorem amorem sustollat. Consi-  
lium hoc omnes sancti & viri spiri-  
tuales tradunt. De humilitate autè  
& reuerentia, qua horum mysterio-  
rum adminiculo ad diuinitatis con-  
templationẽ quis ascēdat, & de cõ-  
siderationibus ad hanc non parum  
conducentibus deinceps agemus.

*D. Gregor.  
lib. 23.  
Moral. c.  
13. in Exe.  
hom. 17.*

*D. Gregor.  
vbi supr.  
Rusbroch.  
de vera  
contempl.  
c. 7.  
Dionys. de  
med. ar. 4.  
capp sequ.  
c. 18.*

Q 4

CA-

## CAPVT XII.

*De spiritualibus sacratissima Christi  
Iesu humanitatis perfectionibus,  
quæ in sacris hisce mysterijs con-  
sideranda sunt.*

**A**D adiuuandum porrò & con-  
solandum eos, qui in sanctis  
hoc exercitio proficere ege-  
giè volunt, distinctius & copiosius  
spiritualia, quæ in hisce mysterijs  
circa humanitatem & diuinitatem  
Saluatoris nostri Iesu considerari  
queunt, exponemus: quæ scilicet in  
horum vnoquoque considerare li-  
ceat. Circa sacratissimam Redem-  
ptoris humanitatē, quādo hæc my-  
steria meditamur, bonum fuerit, ex-  
teriorē ac visibilem sacratissimam  
illius corporis perfectionē ac pul-  
chritudinem cōtemplari: cum enim  
immediatē à Spiritu sancto, & con-  
sequenter à tota Trinitate (nam  
vniuersus personæ opera ad extra omni-  
trium sunt) organizatum, & singula-  
ri quodam ac supranaturali modo  
est.

In huma-  
nitate  
Christi  
conside-  
randa cor-  
poris per-  
fectio ex-  
terior.

è sacratissimis purissimisque Vir-  
 ginis sanguinibus compactum &  
 cōpositū, & cū persona diuina vni-  
 tū fuerit, certū est ipsū inter omnia,  
 quæ vnquam fuere aut post futura  
 sunt corpora, pulcherrimum ac  
 perfectissimum fuisse quantitate,  
 proportione, consonantia, & mem-  
 brorum omnium elegantia, coloris  
 viuacitate & claritate, vultus sua-  
 uitate, modestia, & loquendi, &  
 eundi grauitate, & reliquis omni-  
 bus, quin & sancta quadam maiesta-  
 te venerandum, interdum malis ter-  
 ribile, sed & dulcissimum ac amabi-  
 le. Quamuis autem hanc perfectio-  
 nem & pulchritudinem exteriorem  
 considerare liceat, non hanc aut illā  
 in particulari figuram (nam hoc di-  
 stractionem afferre posset) sed in  
 generali formam quandam maximè  
 perfectam imaginando, vt ita in e-  
 iusdem amorem excitemur, & simul  
 ardentissimum ad illum aliquando  
 in coelogleoriosum videndum desi-  
 derium concipiamus; imprimis ta-  
 men cōsideranda est inuisibilis illa

Quo me-  
do.

Quo sine.

Q 5      san-

sanctissimæ humanitatis perfectæ.

Ipsius inquam altissima dignitas

**Sed in pri-** quod scilicet infinitum Dei habet  
**mis inter-** esse, quoniam personæ Filij Dei  
**rior, eius** ta est: quod in altissimo colloca-  
**scilicet** sit loco, quo nullus maior esse  
**subsisten-** cogitari potest: quia immediate  
**tia.** ipse Dei persona sustinetur, &

vinculo intimo, & vnione a deo

acta, quæ efficiat, ut is ipse qui homo

simul sit Deus. Cogitemus, quam

lecta à Deo sacra hæc humanitas

fuerit, quam solam incõparabilior

magis dilexit, quam totum vniver-

sam. omne enim esse, quod creaturæ

tam terrestribus quam cœlestibus

dedit finitum ac limitatum est; &

sacratissimæ huic humanitati esse

infinitum est, & quod non creaturæ

sed creator ipse est. Consideremus

auctoritatem & potètiã eius. nam

quia personæ diuinæ vnita est, deus

illi ius & Dominium in omne quod

creatum est, & vniuersalem quam

admiracula, prodigia, & quidquid

in cœlo & terra vellet, operandi po-

testatem. Atque ita Christus Domi-

nus.

Quam hu-  
manitas  
Christi  
Deo dile-  
cta.

*D. Tho. 3.  
p. 1. q. 2. a. 7.  
c. 9.*

Eius au-  
toritas &  
potentia.

nus, non solum in quantum Deus & creator, verum etiam in quantum homo & redemptor, est vniuersalis coeli terræque, omnium hominum & angelorum rex & Dominus. Verum in quantum Deus, à se ipso potestatem habet, id est, à nullo accepit, atque hæc potestas est penitus infinita non modò in omne creatû, verum etiam, ad de nouo creandum quidquid creari possibile est. At in quantum homo, ipsam à diuinitate accepit, estque potestas vniuersalis spectans mundi redemptionem, & in omnes homines & angelos Dominium. Consideremus item pulchritudinem & sanctitatem sacratissimæ illius animæ, quæ ita ineffabiliter omne quod dici & cogitari potest excedit, vt in eo ipso puncto quo condita fuit gratia infinita in genere gratiæ plena fuerit: id est, habuerit gratiam omnē possibilem secundum potentiam Dei (iuxta ipsius sapientiæ ordinationem,) & gratiam imensam & illimitatam, non modò pro se, sed etiam ad eam.

Q 6

velut

D. Tho 3.

p 9.13. art.

1 &amp; 2.

D. Thom.

3 p 97

10 &amp; 11.

Animæ

sanctitas

&amp; decor.



372 FRANC. ARIAS CAP. XI  
velut caput in omnes mundi & al-  
rum mundorum infinitorum (fre-  
starent) homines effundendam, quæ  
eâ in rem suam uti vellent. Et cum  
gratiam illam erat & per excellen-  
tiam caritate & amore, tam ergo  
Deum quam homines, tum etiam  
virtutibus acquisitis & infusis &  
Spiritus sancti donis, cum pulcherrimo  
gloriæ lumine, plena, atque  
ipsa sola maiorem amorem Deum  
virtutem & gratiam habebat & modo  
etiam habet, quam omnes simul  
homines & angeli, idque eo excellens,  
nulla ut sit comparatio. Erat ad hæc  
summâ gloriâ plena, nam à primo  
creationis suæ instanti, diuinam vi-  
debat essentiam, eratque beata, vi-  
modo est; etsi gloriam in hac vita  
corpori, nec inferiori animæ parti,  
quod pro homine pati posset, non  
communicaret. Consideremus &  
gloriosissimæ illius animæ sapien-  
tiam, quæ maxima & infinita, iam  
iam inde à primo creationis instan-  
ti, uti est modo, fuit: nam ab illo in-  
stanti sciuit & vidit quidquid Deus  
fecit

*Idem 3. p.  
9. 10. ar. 2.  
3.*

*Et sapien-  
tia.*

DE ORAT. MENTALI. 373

fecit & faciet, quæ fuere & vnquam  
futura sunt, omnes omnium homi-  
num & angelorū tam bonorum, quā  
malorum iam inde à mundi exordio  
cogitationes, & quas ad vsque finem  
mundi & per infinitum æternitatis  
spatium habituri sunt. has inquam  
omnes præsentis habebat & vide-  
bat sanctissima illa anima, simul &  
omnes creaturarum omnium natu-  
ras, & illarum numerum, perfectio-  
nes, virtutes proprietates & succes-  
sus, tam hominum mundi huius,  
quàm alterius, tam illorum qui in  
tempore, quàm qui futuri in æter-  
nitate, & tam diu futuri, quàm diu  
erit Deus. omnia inquam hæc vide-  
bat & sciebat clarissimè, vti illa mo-  
do videt & scit. Immensum hoc di-  
uinæ sapientiæ pelagus, quod illam  
benedictam Christi animam nobi-  
litate, & perfectiones illæ spirituales  
potentiæ, gloriæ & pulchritudinis,  
quæ sacram illam humanitatē sum-  
mè admirabilem reddunt, simul &  
alię virtutes humilitatis, mansuetu-  
dinis, misericordiæ, benignitatis,

Q 7

quas

374 FRANC. ARIAS CAP. XL  
quas in mysterijs vitæ, Passionis  
Resurrectionis Dominicæ relucet  
dicimus, spiritualia sunt, quæ con-  
siderare debemus. Hæc autem con-  
sideratio efficiet, vt altius ac dignius  
omnia opera & verba Christi Salu-  
toris ponderemus, & sentiamus  
citemurque magis in amore Do-  
ni illius, qui etiam in quantum ho-  
mo & frater noster, dignitate, po-  
tentiaq; existit altissimus, gratia  
pulchritudine elegantissimus con-  
ditiōe suauissimus, & in omni ve-  
tute perfectissimus, sapientia ma-  
ximè admirabilis, summaq; reueren-  
tia & amore dignissimus. Et quoniam  
hæ spirituales perfectiones huma-  
nitatis Christi figura quædam vultus  
diuinitatis sunt, & speculum in quo  
ipsa relucet & videtur perfectissi-  
mum, quod vnquam Deus condidit  
iam quomodo per illos ad perfe-  
ctionum diuinitatis consideratio-  
nem ascendere & peruenire de-  
beamus, prosequemur.

Ca.

## CAP. XIII.

*Quomodo in sancto hoc exercitio animum ad perfectionum diuinarum considerationem attollere debeamus.*

**P**AR est, vt dixi, à mysteriorum vitæ, ac Passionis Dominicæ meditatione intellectum ad diuinitatis eius contemplationem attollere. Inprimis, quia vt diximus, hic primarius est finis ad quem horum mysteriorum consideratio instituta est, nempe ad maiorem cum claritate diuinitatem Dei cognoscendam, perfectiusq; illam amandam ascendere. Neque enim amare bonum possumus, nisi cognoscamus: quò autem melius cognoscimus, eò magis, quantum est ex parte cognitionis, ad ipsum amandum mouemur. cum verò omne bonum nostrum, & omnis vitæ Christianæ perfectio in diuina natura amanda consistat, inprimis in eiusdem considerationem incumbamus necesse est, ad melius

Ab humanitate Christi ad diuinitatem a secedimus.

melius eam cognoscendam, ac perfectius amandam. ad hoc humanitatis Iesu Christi mysterium, in quibus diuinitatis perfectiones ad eum relucēt, meditatione maximè deducimur. Nam et in omnibus creaturis, quò naturalia Deo sunt opera, diuinitatis ipsius conditoris vestigium & imago apparet, & per illas ad perfectionum diuinarum cognitionem, quæ naturali quodam lumine cognosci queunt, accedere valeamus, & præsertim per

**Perfectiones enim Dei in humanitate Christi maximè relucēt.** mam hominis, quæ non modo signata, sed & imago licet imperfecta, diuinitatis est; multò tamen melius & altius in diuinarum perfectionum noticiam per supernaturalia Dei opera & effectus gratiæ & gloriæ quam hominibus simul & angelis communicat, venit. & imprimè

**2. Cor. 4.** per id quod in sacratissima illa humanitate, quam Dei Filius assumpsit, operatus est, ac per mysterium vitæ ac Passionis eius. Hic enim comparabiliter magis quàm in reliqua vita infinita Dei bonitas, immensitas

mensa eius liberalitas, pietas, misericordia, caritas, amor, incomprehensibilis sapientia, infinita potentia, & summa iustitia elucet. Multum quidem bonitas, liberalitas, caritas apparent in eo quod omnibus creaturis esse, ac virtutē, animalibus vivā, animab<sup>9</sup> humanis & angelis immortalitatē, intellectū, liberū arbitrium, & diuinitatem suam vident, gloriaque fruendi capacitatem contulerit: multo verò magis in eo quod sacratissimæ huic humanitati infinitum diuinæ personæ suæ esse dederit, præter alia gratiæ & gloriæ immensæ, quam illi communicavit, dona. Quantum orbis cœlestes magnitudine granum sinapi, quod in terra est, excedunt, tantum & multo magis, quod bonitatis suæ signum dedit Deus in ijs, quæ in sacra hac Eilij humanitate & per hanc operatus est, excedit reliqua quæ eiusdem signa dedit. Atque ita Incarnationis opus hoc dignissimum est eo, qui Deus est: nam præcipuum quod ab homine petit Deus, est, ab illo

Bonitas,

Amor.

am a-

378 FRAN. ARIAS CAP. XL  
amari : vt autem ametur , mi-  
potuit esse cōuenientius , quam mo-  
do tam ineffabili bonitatem &  
morem suum nobis declarasse.

Potentia. Potentia Dei multum quidem  
lucet, quod cœlum terramque cō-  
hilo condiderit: verum quantum  
operis naturam, multo resplende-  
clarius, in eo quod duas res tam dis-  
tinctas, quales sunt diuina, & hu-  
mana natura, in vna persona combi-  
narit; & quod per res in oculis man-  
di viles, quales sunt ignominia Pas-  
sionis, tormentum ac mors crucis,  
peccatum & mortem vicerit, man-  
dum conuerterit, sanctificarit, bea-  
tificaritque animas. nam esse natu-  
rale quod mundo ( ipsum è nihilo  
cōdendo) dedit nullius omnino va-  
loris est, respectu esse supernatura-  
lis, quod animabus, ipsas iustifican-  
do & beatas reddendo, concedit.

D. Thom. Idem est de sapientia, misericordia,  
1.2. q. 113. iustitia & reliquis Dei attributis  
art. 9. sentiendū quæ vt diximus, in hisce  
Sapientia mysterijs vitæ & Passionis Christi  
& relique. magis, quàm in reliquis Dei operibus

DE ORAT. MENTALI. 379

bus resplendent. Hinc bene dicimus, horum mysteriorum adminiculo, ad perfectionum diuinarum considerationem nos posse ascendere.

CAP. XIV.

*Alliatio, qua ad perfectionum diuinarum considerationem sacris hisce mysterijs iungendam inuitat.*

**N**ON solum (ob rationes, quas diximus) ipsa diuinitatis consideratio, cum humanitatis iungenda, ab operibus scilicet humanitatis ad perfectiones diuinitatis ascendendo; verum & contra contemplationi diuinitatis ad rectanda humanitatis: nempe, à diuinitatis ac perfectionum diuinarum consideratione ad sacram humanitatem descendendo, vt summè, & dignissimè de mysterijs, quæ per eam Deus operatus est, sentiamus, & veriolem ex illis fructum eliciamus. Omnia enim opera, verba, doctores Christi Domini, sublimiora & mira-

A diuinitatis Christi consideratione, descendendum ad humanitatis.



mirabilia tunc nobis videtur  
quando magnitudinem & maiestatem eius, in quantum Deus, contemplamur. Hinc Euangelista Ioannes Incarnationis mysterium exponitur, quia scilicet, *Verbum caro factum est*, quod dignè de mirabili hoc cogitare sentiremus, præmittit ante omnia quale sit hoc Verbum, æternum scilicet. quia *In principio* verum omnia erat, verus Deus, & rerum omnium auctor. Narraturus item actum humanitatis & caritatis, quem in ultima coena Christus, discipulis abluendo pedes, ostendit, ut proinde oportet hoc exemplum ponderemus, primò Domini magnitudinem & auctoritatem exponit, nempe eam quam in quantum Deus per æternam generationem habet, nempe eam quam in quantum homo per incarnationem cum persona diuina accipit, dicens, *sciens quia omnia de manu Patris in manus*, id est, Patrem ab æterno illum ut Deum, qualis ipse est, æqualiter æternum genuisse: & in tempore, morti & vitæ dominatum,

Egregiè  
id præstitum à S.  
Ioanne  
Euang.  
Ioan 1.

Ioan. 13.

CAP. XI  
is videtur  
& maiest  
eus, contra  
ista loquit  
um expone  
in carnis  
ili hoc opo  
ante omnia  
eternum  
perum om  
rum omnia  
em actum  
quem in  
discipul  
dit, ut pro  
um ponder  
i magnitud  
xponit, tu  
n Deus per  
habet, tu  
homo per  
diuina act  
omnia de  
Patrem ab  
ualis ipse  
uiffe: & a  
ta domi  
rum,

DE ORAT. MENTALI. 381

tum, per excellentiam potestatem  
dimittendi peccata, salutem, iustifi-  
cationem animarum, hominum iu-  
dicium, gloriam iustorum & reli-  
quos Dei thesauros dedisse: & sciens,  
quia à Deo exiuit, tum quod ab æter-  
no ab ipso genitus esset, tum quod  
in mundum venisset factus homo:  
& ad Deum vadit, quò ad illius de-  
xeram consideret. Vbi inquam de-  
clatasset, quæ ad diuinitatem & ex-  
cellentiam personæ Christi spectât,  
mox ipsum humilitatis quod patra-  
uit opus enarrat, dum peccatorum  
pedes abluit, docens nos, quò dignè  
& vt oportet de Christi humanita-  
tis mysterijs sentiamus, opus esse  
primò magnitudinem & perfectio-  
nem diuinitatis eius contemplari.  
Ad eò vt sicut in persona Christi hu-  
manitas diuinitati iuncta est, & hæc  
humanitatem exaltat & nobilitat,  
& illa vicissim magnitudinem &  
gloriam diuinitatis, quamque digna  
fit, quæ diligatur & metuatur, ostē-  
dit: ita in horum mysteriorum me-  
ditatione diuinitatis consideratio,  
cum

Diuinitas  
humani-  
tatem ex-  
altat. Hu-  
manitas  
diuinita-  
tem cla-  
rificat.

cum humanitatis iungenda, & per aliam excitanda & iuanda. A consideratione enim diuinitatis ad quam per creaturas ascenditur ad sacratissimæ humanitatis materia descendendum, ac vicissim mysteriorum humanitatis completionem, ad diuinitatis ascendendum.

Diuini autem huius artificii est; quod licet in creaturis Dei perfectiones sese exerant, toto tamen magis in ijs perfectiorum quæ magnitudinem, maiestatem, potentiam & sapientiam eius ostendunt, quam quæ ad bonitatem, misericordiam, caritatem, ac in eis referuntur, apparent. At in mysterijs humanitatis Christi, lumen omnes diuinitatis perfectiones splendebat, & qui purum deum, tumque animæ oculum habere, melius easdem, quam in rebus Dei operibus cerneret; tamen hic se exerunt, & in oculos nostrorum incurrunt perfectiones ad bonitatem, misericordiam, amorem, &

DE ORAT. MENTALI. 383

uitatem, ac iustitiam diuinam spectantes, quàm quæ ad maiestatem, magnitudinem & potentiam Dei eiusdem pertinent. Hinc in creaturis per ea, quæ de illis nos naturalis docet ratio, & fides, magnitudinem, potentiam, pulchritudinem & sapientiam Domini, qui ipsas è nihilo condidit contemplantes, statim ad opera humilitatis & patientiæ, quæ is ipse nostri causa operatus est, naturam nostram assumendo, & in eadem tales contumelias & dolores pro salute nostra patiendo ubi descendimus, altè & dignè hæc mysteria intelligimus & ponderamus, eadem ut tanti & potentissimi Dei opera considerando. quò autem humanitatis opera humiliora sunt, & inferiora, maioremque contemptum includunt, & quò poenæ, tormenta & dolores maiores, è maioris valoris, pretij, gloriæ ac pulchritudinis verè nobis videntur, è cariora & dulciora sunt, è magis ad amorem, deuotionem, recognitionem, gratiarum actionem, & Domini ipsius imita-

imitationem excitant, cum scilicet  
ante cogitauerimus quis sit Do-  
minus, qui hæc agit opera, & hos  
lores sustinet. Postquam autem  
tentè ac maturè humilia & doloro-  
sa humanitatis Christi opera per-  
dentes, ad eius bonitatem, misericor-  
diam, caritatem & suauitatem  
diuinitatis considerandam per-  
uenimus, manifestius hæc apparet  
perfectiones, quòd, cum tantæ  
iestatis, potentia & gloriæ Deus  
set & Dominus, ad tam grauia, hu-  
milia, & dolorosa, hominis emen-  
dandi, & peccati malis & poena  
liberandi, eumque diuinitatis  
gloriæ suæ participem reddendū  
go, descendere voluerit. Hæc  
diuinitatis ad quam per hæc  
mysteria ascendimus consideranda  
est (vti diximus) incomparabilis  
altior, perfectior, & ad aman-  
dum & glorificandum  
Deum, effica-  
cior.

CAPVT XV.

*Singillatim aliqua perfectiones diuinae recensentur, vt quomodo consideranda sint, innotescat.*

**Q**VONIAM expedire & utile in sancto hoc exercitio esse diximus, diuinarum perfectionum considerationem, cum horum mysteriorum meditatione coniungere, necessarium videbatur, in visum eorum, qui id per studia & in scholis non didicere, distincte & breuiter declarare, quid sacra Scriptura & Sanctorum doctrina per perfectiones diuinas, quae nobis occurrunt saepius consideranda, intelligant. Dicimus ergo primo, Deum aeternum, & ipsam aeternitatem esse: id est, durationem eius, & esse, principio caruisse, nec habituram finem; nec in illa successionem, mutationem, varietatem vllam esse, sed semper uniformem manere, id est, vno semper modo & tenore. Reliqua omnia suum habuere principium: è  
R            nihilo

Perfectionum Dei  
prae: pua,  
qua.  
Aeternitas.  
D. Thom.  
p. 9. 10.

386 FRANC. ARIAS CAP. XV  
nihilio quippe sunt condita. & licet  
aliqua, ut animæ rationales, angeli  
& corpora cœlestia nullum habent  
finem, habere tamen possunt  
Nam in nihilum illa redigere potest  
Deus, si ea conseruare desinat. & tamen  
metu iam esse permanens (sed par-  
cipatum) Deo conseruante habent  
in operationibus tamen variationem  
& successionem habent. At in Deo  
nihil horum est nec esse potest. nec  
ut principium non habuit, quia  
nullo dependet, ita nec desinere po-  
test esse. quia esse à seipso habet.  
Proinde considerandum omnem  
magnitudinem, maiestatem, gloriam  
& perfectionem, quam hodie Deus  
habet, semper habuisse.

Immuta-  
bilis.  
D. Thom.  
1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> 49.

Hinc sequitur & alia Dei per-  
fectio, quod scilicet sit immutabilis  
id est, quod nunquam vlla in se  
fuerit, nec esse possit mutatio. Om-  
nibus in rebus aliqua fuit mutatio  
& multis eadem mutationibus  
noxia sunt; nam à non esse, ad esse  
quod habent transiēre, & ex quo  
coepere, mutata sunt, nouas accipi-

DE ORAT. MENTALI. 387

endo formas, perfectiones, aut qualitates, aut noua loca in angelis atque animabus Beatorum hoc videmus: tamen enim in esse manent & gloria, quantum tamen ad locum, & quantum ad intelligendum ea, quae ante ignorabant, & nouum accidentale gaudium, quod ante non habebant, concipiendum, mutari queunt. At in Deo, quantum ad diuinitatem, nulla harum reperiri mutatio potest. neque enim mutare locum potest, ut qui omni in loco sit, & si alium de nouo crearet mundum, in ipso esset, non quod ipse mutaretur, sed quod ille de nouo mundus creatus mutatus esset à non esse ad esse quod reciperet; nec in se nouam Deum aliquam perfectionem acquirere potest, quia infinitus est, & omnes quae esse & concipi perfectiones possunt, in se continet.

Simpliciter.

Alta Dei perfectio est, quod id sit simplicissimus, id est, non est in ipso *D Thom.* *p 1. q 3.* vlla compositio, nec partium, aut rerum diuersarum mixtura. Corpora composita sunt, vel è membris &

R 2

par-



partibus quantitate sua distinctis  
 vel è materia & forma, & si vivat  
 anima constant & corpore. Omnia  
 hæc magnam imperfectionem ad-  
 guunt, nec in Deum cadunt, qui  
 finitè perfectus est: neque enim corpus  
 est, nec figura corporea, nec quæ  
 talem fingere Deum oportet; sed  
 spiritus purissimus est, & substantia  
 maximè spiritualis, id est, esse  
 substantia multū ab omnibus his  
 imperfectionibus quas in alijs cor-  
 poribus videmus, aliena, infinitè  
 nobilitatis & pulchritudinis, &  
 ipsa perfectio infinita. atque ita  
 contemplari oportet, non im-  
 nando in ipso figuram, aut formam  
 aliquam particularem. Hinc sequi-  
 tur, in Deo non esse accidentia, nec  
 quidquam naturæ eius extrinsecus  
 subiectū enim quod habet accidentia  
 ipsius iam perfectionem accipit.  
 corpus à calore, qui eius est accidentia  
 & anima & angelus perfectionem  
 recipiunt à gratia & virtutibus in-  
 fusi, quæ accidentia sunt; at Deus  
 nullo recipere perfectionem potest.

atq; ita nec habere accidentia. Hinc  
etiam sequitur, quod, ubi Deus est,  
ibi sint omnia quæ in Deo. Nam ut  
ipse est simplicissimus & sine parti-  
bus ut diximus, non potest habere  
partem hanc unam in vno loco, il-  
lam in altero, sed in omnibus cœli  
terræque partibus, & in harum sin-  
gulis cum omni sua maiestate & ma-  
gnitudine præsens est, unamquam-  
que creaturam, etiam minimam con-  
servans & gubernans, sicut est in toto  
universo simul, singula conservans.

Sequitur inde & alia perfectio in  
Deo notanda, quod sit actus purissi-  
mus: id est, ad ipsum velut primum  
principium, & primam causam per-  
tineat, cæteras causas mouere, ope-  
rari in omnibus, & omnibus bona  
& perfectiones communicare, ipse  
tamen non moueatur, nec aliquid in-  
crementum recipiat: item, quod nullam  
mensuram, limitem, nec terminum admit-  
tat, quoniam immensus est: cumque  
omnia ipso indigeant, ipse nullo.

Alia perfectio Dei est ipsa omni-  
potentia, id est, potest omnia, &  
R 3 quid p. 1. q. 25.

*D. Thom.*  
1 p. 92. a.  
3 q. 3.  
ar. 1.  
Actuali-  
tas.

Omnipo-  
tentia.  
*D Thom.*

390 FRANC. ARIAS CAP. XV.  
quidquid voluerit potest, semper  
que fit, quod ipse efficaciter & de-  
terminatè vult. In creaturis & præ-  
sertim hominibus & angelis po-  
tentia & operandi quidem vis est,  
sed limitata: hæc enim facere pos-  
sunt, nõ illa; & ad ea, quæ facere pos-  
sunt, multis opus habent auxilijs &  
instrumentis. Rex, etiam potentissi-  
mus, ad regnum regendum, quo-  
ministris & magistratibus, à quibus  
iuuetur, opus habet. Ad regem ini-  
micum profligandum, quot militum  
copijs, exercitibus & armis eget.  
Magnus artifex ad opus aliquod fa-  
ciendum, quot ferramentis, artifi-  
cij, & materialibus opus habet.  
Creaturarum etiam potentia à vio-  
lencia & resistentia alterius impe-  
diri potest, vti videmus in sole; qui  
quamuis magnam ad illuminandum  
& calefaciendum vim habeat, ni-  
bes tamen ex leuibus vaporibus &  
queis congelata, illi resistit, & im-  
pedit quò minus illuminet terram  
& calefaciat. At Dei potentia ab om-  
nibus illis imperfectionib<sup>9</sup> libera  
est.

DE ORAT. MENTALI. 391

est: potest omnia, & nihil est, quod non possit, nec quisquam illi resistere potest. Et ad faciendum quæ vult & potest, nullo opus habet, nō instrumento, non materia, non tempore; nam solo verbi sui imperio, solaque voluntate, & è nihilo, & in instanti, sine vlllo denique labore, facere potest quidquid vult.

Alia in Deo perfectio est, quod <sup>Sapientia</sup> sit infini: è sapiens. In hominibus & <sup>D Thom.</sup> Angelis sapientia inuenitur, sed <sup>1. 2. q. 14.</sup> limitata, vt longè plura sint, quæ ignorant, quàm quæ norint: & ista quæ sciunt, non comprehendunt; nam quantumuis multa de illis norint, plura tamen scienda restant; & ea etiam quæ iam norunt, maiori perfectione scire possunt. Et illa etiam quæ scire possunt, nō simul & iunctim intelligunt, nec cōcipiunt, sed modò hoc, modò illud intelligunt. Non ita Dei se habet sapientia, quia est infinita, hac ipse nouit omnia, tam quæ iam inde à principio mundi fuere, quàm quæ deinceps futura: nec modò magna, verum et-

R. 4

iana

iam minima, ipsos quin etiam aëri  
 atomos, & omnes aquarū maris gut-  
 tas, quarum numerum perspectum  
 habet, nec modo ea, quæ in exte-  
 riori sunt superficie, sed & quæ  
 in terræ visceribus, abyssō maris, &  
 hominum cordibus abscondita de-  
 litescunt: nec modò, quæ iam factæ  
 & erunt, sed & infinitè plura. nam  
 nouit quidquid fieri possibile est, id  
 est, omnia, quæ facere Deus potest,  
 & omnia quæ nouit, etiam compre-  
 hendit, id est, perfectione quadam  
 infinita nouit. Et quod maius, com-  
 prehendit seipsum, quæ ex se est, scire  
 quidquid sciri potest. Et omnia illa  
 quæ nouit futura, corā videt, & velut  
 præsentia habet: adeò vt in scientia  
 eius nō sit tēpus præteritū, nō futu-  
 rum, vti nobis est. omnia. n. eius eter-  
 nitati præsentia sunt: nouit quos, &  
 videt omnia, non successiuè vnum  
 post aliud, sed simul omnia. ita vt vi-  
 sio & consideratio vnius, non impe-  
 diat aliarum. Et licet actualiter o-  
 mnia videat, illius tamen visus, tam  
 nihil propterea impeditur & turba-  
 tur,

tur, à videndo & contemplando se-  
ipsum, quasi aliud non videret, nec  
intelligeret quam vnum seipsum.  
nam ipsa eius essentia diuina exem-  
plar est & prototypō rerum omniū:  
atque ita seipsum intuendo omnia  
quam clarissimè videt & cognoscit.

Hinc alia nascitur perfectio in *D. Thom:*  
Deo consideranda, scilicet, quòd sit *p. 1. q. 26.*  
infinite beatus. Creaturæ omnes in- *Beatitudo*  
tellectuales, quæ in cœlo agunt, be-  
atæ sunt, Deum intellectu facie ad  
faciem clarè videndo, voluntate  
illum amando, & illo fruendo. Et  
pro claræ Dei cognitionis mensura,  
amor erga Deum & gaudium quod  
ex ipso recipiunt magnus est, aut  
paruus. Verum nulla Deum creatu-  
ra comprehendit; nam quantum-  
cumque clarè & perfectè quidquid  
in Deo formaliter est videat, & co-  
gnoscat; semper id eò quòd Deus in-  
finitus sit, videri & cognosci maiori  
claritate & perfectione potest. Et  
quoniã nemo beatorum ipsum cõ-  
prehendit, hinc nemo ipsum amare  
infinite amore potest, nec infinito

R 5 gau-

394 FRANC. ARIAS CAP. XV.  
gaudio perfrui: etsi tanto ipsum  
amore ament, tamque intensa de-  
lectatione eo beati gaudeant, ut ni-  
mo quid amplius eo quod habet,  
desiderare queat: totam namque co-  
pacitatem proximam voluntatis sua  
amore & gaudio plenam habet. So-  
lus Deus seipsum comprehendit, &  
se videt & cognoscit quantum quae-  
tus est, & quantum cognosci potest,  
idque infinita claritate & perfectio-  
ne: atque ideo se ipsum infinito  
amore diligit. Hinc sequitur, beatis-  
simam & supremam illam substan-  
tiam, quae Deus est, infiniti gaudij &  
infinitae delectationis pelago ple-  
nissimam esse. Haec perfectiones, quas  
iam exposuimus, & reliquae, quae  
quod intellectu faciles, particula-  
tim non enarramus, sunt quae in  
Deo, ob rationes & fines quos dixi-  
mus consideranda sunt. De discursi-  
bus autem quibus mentem ad eas-  
dem considerandas attollere possi-  
mus, deque reuerentia & humilitate  
quam in ijs considerandis adhi-  
bere debemus, iam mox loquemur.

CA.

CAP. XVI.

*De aliquibus discursibus, ad meliùs perfectiones diuinas considerandas.*

**D**VOBVS anima modis ad  
attentè & vtiliter diuinas  
perfectiones considerandas  
ascendit. Primò quando à Deo mo-  
tione & supernaturali quadam vi  
mouetur & sustollitur, lucisque, ac  
splèndoris supernaturalis radijs pre-  
uenitur ac visitatur. Hæc notitia di-  
citur anagogica. nam eò à causa su-  
prema, quæ est Deus, eleuatur, quò  
naturaliter pertingere nequibat.  
Tunc porrò ipsam ad contemplan-  
dum ea, quæ in Deo sunt, opus mini-  
mè est facere discursus, aut vllas ra-  
tiones formare. nam tunc sine inue-  
stigatione sua, & vllò labore, magna  
claritate & perspicuitate, qualem  
fides patitur, naturam, potentiam,  
bonitatem, pulchritudinem, & re-  
liquas Dei perfectiones contempla-  
tur, & maxima cum suauitate Deum

*Bernar. in  
epist. ad  
fratres de  
monte Dei  
D. Bonau.  
de 7. grad.  
contempl.  
Dionys. de  
contempl.  
lib. 1. art.  
42.  
Orationis  
mentalis  
modus  
extraor-  
dinarius,  
est notitia  
Anagogi-  
ca.*

R. 6

ipsam



396 FRAN. ARIAS CAP. XVI  
ipsum degustat, illiq; ardētissimo &  
dulcissimo amore vnitur. tota reno-  
uatur, & viuificatur memoria rerum  
cognitione, intellectus luce & cla-  
ritate cōpletur, volūtas deniq; su-  
uissimi amoris igne inflāmur. Cœ-  
lesti quodā rore perfunditur, cui to-  
ta innatat cum recreatione: vnō  
quandam diuinam recipit, qua tota-  
liter confortatur, qua tepor fu-  
git, omnes prauī motus & passiones  
abscedunt, tota que feruore, deu-  
tione sanctis que affectionibus re-  
pletur. Hanc porro noticiam & cō-  
templationis donum, nō modō hu-  
milibus, qui litteris operam dederunt,  
sed & alijs, qui nunquam studuerūt,  
etiam mulieribus, quando cum hu-  
militate vitæq; puritate sancto huius  
se orationis mētalis dant exercitio  
elargitur Deus. Quod que etiam ma-  
gis admirabile est, interdum etiam  
ijs, qui in virtute admodum imper-  
fecti sunt, & non nisi primum medi-  
tationi se dare incipiunt, quō scilicet  
cet (sicut benè S. Gregorius & D.  
Bernardus notant) in sancto hoc ex-  
ercitio

1. hom. 17.  
in Ezech.  
vbi supra.

ercitio perseuerent, & ad pristina  
vicia nauseantes non redeant. hinc  
gloriarī, aut præsumere nemo de-  
bet, nec cogitare, iam multū se pro-  
fecisse, si interdum se à Deo donis  
ijs, quæ singularibus & intimis ami-  
cis suis elargiri solet, visitatum sen-  
tiat.

*Dionys.  
Cathuf. li.  
2. de cont.  
ar. 4.*

Alter quo ad pefectionum diui-  
narum considerationem anima a-  
scendit, modus fit via ordinaria, in-  
dustria scilicet & diligentia huma-  
na, cum gratiæ diuinæ auxilio à  
creaturarum contemplatione ad  
noticiam creatoris, & mysterijs hu-  
manitatis Saluatoris ad diuinitatem  
eiusdem ascendendo. Et secundus  
hic modus ordinarius ad primum  
est dispositio. nam Deus sicut ijs, qui  
benè donis suis naturalibus vtuntur,  
supernaturalia concedit, ita ijs, qui  
rite ordinarijs & communibus gra-  
tiæ donis vtuntur extraordinaria &  
admodum singularia elargitur. In  
secundo hoc modo locus est discursi-  
bus & ratiocinationibus, quarum  
hic aliquas vtilēs & salutare in

*Ordinari  
per discursum  
siue  
ratiocinatione.*



398 FRANC. ARIAS. CAP. XVI.  
meditando proficere volentibus fu-  
turas (vti re ipsa experientur) pon-  
mus.

**A**Eterni-  
tatis con-  
sideratio  
per discursu-  
m.

Vt aliquo modo æternitatis Dei  
intelligatur perfectio, et si mundus  
iam secundum extensioem septuaginta  
interpretum supputandi rationem,  
non nisi sexies mille septuaginta  
gentis, & octoginta aut circiter an-  
nis steterit, at quoniam illum Deus  
longiori ante spatio quam concipi-  
re ipsi possumus creare potuit; pon-  
mus quandam centum mille annorum  
ante mundum durationem, & con-  
sideremus ante hoc tempus Deum  
fuisse. Ponamus & aliam ante hanc  
quingentes mille sæculorum dura-  
tionem, atque ita paulatim sursum  
ascendendo diu multiplicemus, &  
ante hæc omnia Deum infinita du-  
ratione & spatio existisse confide-  
remus. nam hæc omnia complecti-  
tur æternitas. consideremus inquam  
ipsum non modò existisse, sed &  
adèd magnum, potentem ac beatum  
vti modò est; & hanc in ipso perfe-  
ctionem admiremur, & de eadem  
gau-

gaudeamus. Quin & hoc discursu  
erui æternitas potest. Tam vastum  
temporis fingamus spatium, quale  
iam descripsimus, deinde cogitemus  
etiam maius & longius quid æterni-  
tatem esse: rursus & aliud spatium  
& durationem multo maiorem: de-  
in imaginemur hanc æternitatis in-  
tuitu velut momentum & temporis  
instans esse, nam infinities maior est  
æternitas. Atque ita semper ascen-  
dere possumus, donec Deum talem  
durationem se dignam habere ad-  
miremur & ex animo gaudeamus.

Ad melius autem pulchritudinē  
& suavitatem, simul & bonitatem,  
sapienciam, omnemque Dei perfe-  
ctionem intelligendam, cogitemus  
Seraphinorum omnium à Deo con-  
ditorum primus & supremus, quam  
pulchra, suavis, bona, sapiens &  
perfecta creatura sit: quantam ad-  
mirationem & exultationē aspectu  
esset suo allatura, quantam æstima-  
tionem & reuerentiam sui in intu-  
entium animis excitatura, siquidē  
Angelus ille Ioaanni Euangelistæ  
imagi-

Aliarum  
Dei per-  
fection-  
num, Bo-  
nitatis,  
Pulchri-  
tudinis,  
&c.

imaginaria visione apparens, tam  
 in ipso reuerentiam & admirati-  
 onem caufarit, vt coram illo in ter-  
 re prostrauerit: & licet ab Angelis  
 faceret inhibitus, denuo apparen-  
 eandem reuerentiam exhibuerit. His  
 consideratis fingamus dein aliam  
 creaturam centies millies Seraphi-  
 no illo pulchriorem, & aspectu  
 cundiolem, meliorem, sapientio-  
 rem & perfectiorem. Cogitemus  
 quam admirabile & iucundum  
 turum fit, huiusmodi creaturam  
 fpecere: hoc modo paulatim afcen-  
 damus ad contemplandam crea-  
 ram adeo elegantem, bonam, fapi-  
 entemque, quæ summam fuo aspectu  
 admirationem, voluptatem & delecta-  
 tionem caufetur. Mox intellectum  
 attollamus, cogitemusque Deum  
 infinite pulchriorem, meliorem, am-  
 mabiliorem, & perfectiorem esse  
 quam quicquid cogitare possumus  
 adeo vt licet creaturas usque & vi-  
 que pulchriores, meliores, aspectu  
 amabiliore fingeremus, alioquin  
 tamen infinities pulchrior, melior,  
 & vi-

Apoc. 19.  
 & 22.

CAP. XV.  
arens, tam  
admiratio  
illo in ter  
b Angelor  
no apparet  
ibuert. Hi  
dein aliam  
ies Seraph  
aspectu  
sapien  
Cogitem  
cundum  
reatura  
atim alce  
lam crea  
onam, sap  
suo aspect  
em & del  
intellect  
sque Deu  
iorem, a  
iorem es  
e possim  
sque & v  
res, aspe  
nus, ip  
r, melior  
& vi

DE ORAT. MENTALI. 401

& visu iucundior, reliquis omnibus  
appareret. Attentè ergo, diu, & ma-  
ture talem pulchritudinem, bonita-  
tem, sapientiam, iucunditatem, ac  
perfectionem admiremur, quæ infi-  
mities quidquid cogitatione fingere  
possimus, excedit: Gratiasque aga-  
mus & ex animo Deum esse talem  
collemus.

Ad magnitudinem, maiestatem, *Arist. lib.*  
potentiam, & immensitatem Dei *2. de celo.*  
considerandam, sibi homo terræ *Immensi-*  
magnitudinem, (quæ, iuxta Philoso- *tatis.*  
phos minimam illi attribuentes, se-  
prem leucarum millia ambitu com-  
plectitur: nam alij Astrologi, ut *Titelman.*  
Aristoteles ait, maiorè illi multo ma- *in Philos.*  
gnitudinem ascribunt) fingat. Dein *lib. 5. c. 13.*  
quæ magnitudinem consideret, quæ *auellus*  
(ex Philosophorum sententia) de- *lib. 2. de*  
cies terra maior: quia, ut ait D. Tho- *cælo c. 5.*  
mas Dionysium in Angelorum secu- *D. Thom.*  
tus numero, quò creaturæ nobilio- *1 p. 9. 50.*  
res sunt & superiores, eo & quanti- *ar 5.*  
tate & numero maiores. Consideret  
deinde aëris capacitatem decies a-  
qua, & centies terra patentiorem:  
mox

mox elementi ignis, qui supra est,  
 licet non resplendat, quoniam in  
 propria est materia, & aëre rarior,  
 secundum hanc proportionem decies  
 aëre, & millies terra maior est. Non  
 ad primi orbis magnitudinē imagi-  
 nationē cōuertat, ascendat deinde  
 sequentē priore multo maiore cogi-  
 tā. 10, donec ad octauū, quod firmo-  
 mentum stellarum stelliferum, per-  
 tingat: quod adeo amplum, ut singu-

lae quæ in eo sunt stellæ, & sonant  
 candelæ instar videntur, ut Philo-  
 phi tradunt, centies terram superat  
 magnitudine. quæ cum innumera  
 sint & earum quæ oculis notabilis  
 magnæ apparent (quarum numerum  
 Astrologi subduxere,) maiores (re-  
 ipsi tradunt) centies & septies terra  
 minores, decies & octies, terra ma-  
 iores sint, quāta cæli futura magni-  
 tudo, quæ innumeras tota terra maiores  
 habet stellas? Ascendat ulterius  
 noni cæli (quod crystallinum, no-

nulli primum mobile dicunt: sed  
 alij rationibus ex eo quod respicitur  
 orbium cælestium moribus per-  
 pitur

Ex magni-  
 tudine  
 partium  
 vniuersi.

Titelman.  
 lib. 7 in  
 Philos. c. 5.

D. Thom.  
 p. 1. q. 68.  
 4. 4.

DE ORAT. MENTALI. 403

Titelman.  
in Philos.  
lib. 7 c. 12.

pitur elicitis moti docent præter  
crystallinum, aliud decimum esse)  
magnitudinem contempletur. Quin  
& tum ulterius progrediatur, coeli-  
que empyrei, quod non mouetur, &  
beatorum domiciliū est, immensam  
magnitudinē spectet. hoc plenū An-  
gehs beatis intueatur, quorū singuli  
magnitudine spiritali maiores sūt,  
quæ reliquū vniuersum corporeū. A-  
liquā diu immēsam illā magnitudi-  
nē & numerū creaturarū propè infi-  
nitum admiretur; tum animæ oculos  
erigat, cōsideretq; quanta maiestas,  
amplitudo, potestas deniq; supremi  
sūt illius Dei, qui vniuersā hāc mun-  
di machinā, & hanc immensitatē &  
multitudinē creaturarū vnico mo-  
mento è nihilo condidit: idque solo  
diuinæ voluntatis suæ nutu, & quod  
eadem facilitate, alio momento, &  
alio velle suo de nouo alios innu-  
meros mundos, qualis hic, creare  
posset. Hic anima quiescat suspensa,  
talem magnitudinem, potentiam &  
auctoritatē Domini mirata, magnā  
que in se complacentiam, gaudium  
& iu-



404 FRAN. ARIAS CAP. XII  
& iucunditatem concipiat, quod  
Deus ad eum magnus, & potentia,  
maiestate, omni que perfectione tantum  
incomprehensibilis.

Harum autem considerationum  
est perfectionibus diuinis elicitarum  
& est creaturis acceptarum, sunt  
hisce Christi mysterijs applicandi  
rum modus hic est. Postquam ante  
oculis mysterij, quod meditari  
historiam, verbi gratia, natiuitatis  
aut captiuitatis Dominice, quod  
dit, aliquandiu mysterium seponit  
intellectum sustollat, & discipulus  
hisce simili aliquam est diuinis per  
fectionibus contempletur: quam  
aliquandiu perpendit, simul & magnitudinem,  
pulchritudinem, potentiam, & maiestatem Domini  
novo oculos in mysterium, quod  
posuit conijciat, ipsum que potius  
rando consideret. Ergo Dominus  
ille, cuius magnitudo, pulchritudo,  
potentia; & maiestas intellectum  
meum exhauriebat, summamque  
mihi admirationem iniiciebat, &  
quodammodo extra me rapiebat, is

In mysterijs  
vite Christi,  
quomodo  
utendum  
consideratione  
diuinatum  
perfectio-  
num.

CAP. VII.  
cipiat, qui  
potentia,  
ctione tam

consideratione  
is elicitarum  
rum, tam  
applicandis  
quam  
meditatione  
natiuitate  
nica, quae  
ium separa  
& discip  
liuini per  
or: quam  
simul & m  
udinem, po  
Domini  
m, quod  
que penit  
o Domini  
ulchritate  
intellectu  
umman  
ijcietur &  
apicbat, in  
ipse

DE ORAT. MENTALI. 405  
ipse puerulus est, qui in hoc praesepi  
iacer: is est vir ille venerandus, qui  
fimbriis ligatur, male à militibus ex  
cipitur? Has ergo & alias quas dixi  
mus mysterij circumstantias cogi  
tans, perpendat & amorem, quo hæc  
omnia ob nostri salutem ipse pertu  
lit, & humilitatem ac mansuetudi  
nem qua sustinuit: ac aliquamdiu in  
eius anima hæreat. tum sæpenumero  
viscera sibi commoueri, suaves ab  
oculis lacrymas promanare, volun  
tatem pijsimam admirationis, com  
passionis, amoris, & virtutes filij  
Dei imitandi desiderij affectibus  
sentiet concitari; qui præcipuus est  
fructus, quem Dei, à quo omne  
procedit bonum, gratiã  
elicere ex oratione  
possumus.

CA-

## CAPVT XVII.

*Interdum à sacris hisce mysterijs  
sanctissimæ Trinitatis mysterium  
transcendendum : & quid in  
considerandum.*

**N**ON solum ab humanitate  
Christi Iesu mysterijs  
perfectiones diuinitatis,  
rum etiam, ( ea quam potest dicere  
moderatione & reuerentia ) per  
dem, ad sublime sanctissimæ Trini-  
tatis mysterium considerandum  
portet ascendere. Primum quia  
consideratione mirificè fides exercetur.  
Cùm enim hoc in lege gratiæ  
mysterium Deus reuelarit, ut ipsius  
credendo, dignè de incomprehensibili  
eiusdem sublimitate sentiamus,  
multumque promeremur  
intellectum ipsius, quæ ratio naturalis  
non comprehendit, subijciuntur  
item ut clariùs & distinctius Incarna-  
tionis filij Dei mysterium cognosceremus;  
æquum est ipsum etiam  
à nobis considerari, ut actualiter

Trinitatis  
mysterij  
confide-  
ratione  
exercetur  
Fides.

hunc Deo honorem & gloriam de-  
mus, corde confitendo, ipsum ad e-  
sublimem & incomprehensibilem  
esse, ut non modò in ipso perfectio-  
nes & mytheria, quæ naturalis ra-  
tionis lumine aliquo modo cogno-  
sci & inuestigari possunt, sed & aliæ  
quas nullo modo humana ratio nisi  
Dei ipsius reuelatione intelligere,  
aut assequi potest comprehendan-  
tur. Considerando autem quod de  
sublimi hoc mysterio creditus, fi-  
des circa illud augetur: ut ita in bo-  
no itatu agentes, omnium virtutum  
infusarum, gratiæ, & gloriæ augmē-  
tum magis assequi mereamur, cām,  
vbi diximus, non solo id virtutis ha-  
bitu, sed frequentibus eiusdem acti-  
bus comparetur.

Etiā au-  
getur.

Par etiam est, interdum cum  
humilitate hoc mysterium con-  
templari, eò quod ipsum primarium  
contemplationis sit obiectum: reli-  
qua autem mytheria ac Dei perfe-  
ctiones, quas cōtemplamur, ad Bea-  
tissimæ Trinitatis cōtemplationem  
dirigatur. Hæc omniū cōtemplatio-  
num

*Dionys.  
Carthusi.  
1. de con-  
tep. ar. 33.  
Trinitas  
est contē-  
plationis  
primariū  
obiectū.*

num altissima est, hæc efficit ut in  
 in terra agant cęlestibus perfimile  
 hæc ex se maiorem & perfectiorem  
 deuotionem, feruentiorem & ma  
 iorem, amorem Dei, maius solatio  
 spiritus generat: hæc præstat ut ma  
 gis Deum reueremur & glorific  
 mus. Et tamen si ad mysterium hoc  
 reliquas perfectiones diuinas  
 diximus, clarè, perspicuè, & ad  
 quodam intellectus, qui vera fit  
 templatio, meditandum, & in  
 mariam meditationis materiam  
 ligendum, magna vitæ puritate,  
 duoque orationis exercitio opus  
 ut S. Bernardus ait; tamen ad formam  
 hoc mysterium (nec non & per  
 ctiones diuinitatis) sic consideran  
 dum ut non omnem illi orationem  
 sed aliquam eius partem dem  
 quò scilicet melius vitæ ac Passio  
 nis Dominicæ mysteria percipi  
 piamus, omnes in sancto hoc  
 exercitio multum proficere deside  
 rantes, incumbere opus est, & de  
 genti fructu & consolatione, quæ  
 ut diximus, in mysterij huius ac di  
 uinitatis

*In Cant.  
 serm. 41.*

DE ORAT. MENTALI. 409

inarum perfectionum considera-  
tione reperitur, participare par est.  
Ve autem hoc ritè beneque fiat, no-  
randum in sublimi hoc mysterio, a-  
liquas veritates contineri à fide,  
Sanctorumque doctrina traditas;  
quæ non tam ad excitandam deuo-  
tionem, quàm ad mysterij huius co-  
gnitionem habendam, & infidelium  
& hæreticorū obiectionibus respō-  
dendū, illorumq; calumnias & falsa  
argumenta soluenda, conducunt.

Præter has sunt & aliæ in summo  
hoc mysterio veritates, quæ ad no-  
ticiam mysterio huic debitam com-  
parandam necessariæ sunt, multum-  
que ad deuotionem excitant. in his  
intellectus consideratio attentè fi-  
genda, ad fructum & cōsolationem,  
quam in huius mysterij contempla-  
tione Deus immittit, in voluntate  
eliciendum. Iuxta hanc regulam ea  
quæ nobis consideranda, sunt hæc.  
Cōsideremus Patrē æternū esse, verū  
& æternū Deū, & primā SS. Trinita-  
tis personā infinita seipsum perfe-  
ctione intelligere & comprehen-  
dere,

Quæ po-  
tissimum  
hic me-  
ditanda.

S

Aeterna  
Verbi ge-  
neratio.

dere, seq; hoc modo intelligēdo, in  
aeterno inuariatē immutabiliterque  
Verbum aeternum, id est, filium, id est,  
intellectus actu, gignere; illumque  
gignēdo, naturaliter suam ipsius illi  
communicare substantiam, id est,  
sui ipsius essentiam & naturā. Ver-  
bum autem genitū, esse perfectissi-  
mam Patris aeterni imaginem, in-  
omnibus Patri aequalem, & vnum eū  
ipso Deum, quoniam eandem indi-  
uiduam naturam, id est, eandem di-  
uinitatē habet. Et tamen si hanc Ver-  
bi aeterni emanationem dicamus ge-  
nerationem, vt & Verbum Filium,  
nō esse tamē generationē talē, qua-  
lē in creaturis agnoscimus & expe-  
rimur. nā hęc generatio corporalis  
est, qui que hic generat est temporis  
& duratione prior eo quē generat  
& similiter fili⁹ terrena hac genera-  
tione genitus, nō modo aliā distin-  
ctā à Patre personā habet, sed & aliā  
naturā indiuiduā ab ipso diuersam,  
alias itē perfectiones distinctas a pa-  
ternis: at Verbi aeterni generatio pe-  
nitus spiritualis est, & alio quodam  
modo





412 FRAN. ARIAS CAP. XVII.  
que vna perfectionem persona ha-  
bet, eam habet & alia. Atque ita quo  
ad perfectiones sunt æquales. cum-  
que tres distinctæ sint personæ, vnus  
tamen & verus sunt Deus.

Quam de supremi huius mysterij  
substantia notitiam dedimus, vt cõ-  
siderari aptè queat, vsui erit peritio-  
ribus, qui aliqualem studendo horum  
terminorum notitiam adepti sunt.  
cæteris imperitioribus satis erit,  
quo ad hoc mysterium considerare,  
Deum esse perfectissimè vnum, si-  
mul & tres personas, Patrem, Filium,  
& Spiritum sanctum, & harum quæ-  
que Deum esse, cum eiusdem sint di-  
uinitatis, & Filium à solo Patre,  
Spiritus sanctum simul à Patre &  
Filio procedere, & tres hæc perso-  
nas esse perfectissimè æquales, vna  
vt alia non sit maior.

Præter hæc possunt omnes, tam  
qui operam litteris dedere, quam  
qui earum ignari sunt, hoc in myste-  
rio etiam alia considerare, quæ a-  
moris & deuotionis affectum egre-  
giè excitent: scilicet, has personas  
vnam-

DE ORAT. MENTALI. 413

vnamquamque se inuicem infinita <sup>Mutua cō</sup>  
claritate videre & comprehendere, <sup>templatio</sup>  
& infinito amore amare, eademque <sup>& amor.</sup>  
infinita complacencia & suauitate  
delectari ac recreari. Harum vna-  
quamque infinitæ bonitatis esse &  
potentiæ, infinitæ pulchritudinis,  
sapientiæ, & gloriæ: perfectionem  
enim quam habet vna, vti diximus,  
habent & reliquæ. Patrem, Filium  
inueni in omnibus sibi æqualem &  
parem, & quidem infinito gaudio,  
eandem suam essentiam diuinam in-  
finito illi amore communicando:  
Filium verò Patrem æternum, à quo  
diuinitatem recipit infinita exulta-  
tione & iubilo adspicere, & velut  
alterum se infinito amore diligere.  
Patrem, & Filium, Spiritum sanctū,  
qui ab ipsis velut principio æterno  
procedit, videre, & infinito gaudio,  
& infinita amoris dulcedine, ipso  
delectari: & tres hasce personas v-  
nam causam & rerum omnium esse  
principium. nam omnes tres, velut  
principium & infinitus omnis boni  
fons, ad omnes naturæ, & gratiæ ef-  
fectus

Indiuifa  
operatio.

fectus creandos & producendos concurrunt. nec quidquam in creaturis est, quod vna operetur, quin & alia operentur. Et tamen si Scriptura aliquos Patri effectus attribuat, verbi gratia, rerum creationem: alios Filio, vti gubernationem: alios denique Spiritui sancto, velut gratia collationem, ac sanctificationem (Patri enim adscribitur potentia, Filio sapientia, & Spiritui sancto bonitas.) tamen certum est & deinde, quod sicut potentiam, quam vna habet persona, & alia habet, & omnem etiam aliam perfectionem, quam habet vna, habent omnes, vnde dicimus; ita quod vni attribuitur quod creaturas, tres simul agunt, tres simul vnus Creator, Gubernator rerum, & Sanctificator, ac Glorificator omnium animarum, ac spirituum beatorum sunt. Vnum est, quod in

Verbum  
solum est  
Incarnatum, siue  
humanae  
naturae  
verum.

tempore soli personae Filij proprium est, nec Patri, aut Spiritui sancto conuenit, scilicet humanam carnem induisse, & reliquum quod inde sequitur fecisse. Nam licet tres simul personae

DE ORAT. MENTALI. 415

sonæ sacratissimam illam humani-  
tatem Christi formarint, ipsa tamen  
vno nonnisi in persona Filij facta  
est. Atque ita solus Dei Filius incar-  
natus est, & homo factus est, solus  
ipse pro homine passus occubuit.  
Verum ob hoc ipsum beneficium o-  
mnibus simul personis gratias agere  
debemus. nam piensissima illa vo-  
luntas & amor ineffabilis, quo Dei  
Filius homo factus est, tribus perso-  
nis communis est. Hæc sunt quæ in  
sublimi hoc mysterio consideranda  
sunt, illa quæ considerando amorem  
excitemus oportet, ob perfectionem,  
& altitudinem incomprehensibilem,  
& ineffabilem gloriam beatissimæ  
Trinitatis exultantes.

CAP. XVIII.

*De humilitate, reuerentia, discretionem,  
quam in diuinarum perfectionum  
& sanctissimæ Trinitatis mysterij  
consideratione adhibere oportet.*

**S**ICUT conueniens admodum  
fuit, ostendere, quanti momen-  
ti &

Curiosa  
SS. Trini-  
tatis scru-  
tatio, pe-  
niculosa.

ti & commodi fit, vnà cum Christi  
mysterijs diuinarum perfectionum,  
& SS. Trinitatis considerationem  
iungere; ita etiam consentaneum  
videtur, quia id fieri humilitate ac  
discretionem oporteat, declarare. In  
perfectionum diuinarum & SS. Trini-  
tatis mysterij consideratione in-  
quisitio, quã quis præter illa, quæ in  
sacra Scriptura & Ecclesiæ doctrina  
exposita sunt, nonnulla, aut ratio-  
nes causæque naturales mysteriorum  
omnem rationem creatam ex-  
cedentium, velit cognoscere, curiosa,  
superflua & periculosa est. Atque  
talis à sacra Scriptura prohibetur,  
dum ait, *Altiora te ne quaeris*, scilicet,  
ad eadem comprehendenda, &  
intellectus tui mensura metienda.  
& *fortiora te ne scrutatus fueris*, quæ  
scilicet intellectu assequi non potest.  
Hæc de curiosa ac nimia scrutatio-  
ne intelligenda sunt, quæ quis de  
potentiæ Dei infinitæ operibus plu-  
ra scire desiderat, quàm Scriptura  
prodit, & Sancti Patres edocent.

Ezech. 3

De periculo autem & damno,  
quod

DE ORAT. MENTALI. 417

quod ab hac inquisitione & curiosa  
& excessiua consideratione temera-  
rios sequitur, ait alio loco Sapiens: *Prou. 25.*

*Sicut, qui mel multum comedit, non  
est ei bonum: sic qui scrutator est ma-  
iestatis (Dei mysteriorum & iudi-  
ciorum,) opprimetur (offuscabitur  
& obscurabitur) à gloria ac splen-  
dore diuinitatis. Nā vt sol fixè se in-  
tuentes oculos perstringit, ac visum  
turbat, & si diutius apertis ipsum in-  
tueri perseuerent palpebris, penitus  
excecatur; ita infinita illa Dei maie-  
stas & lux inaccessibilis, animam  
curiosè & temerariè scrutari se vo-  
lentè turbat & excecatur, in temerita-  
tis poenā ipsam in errores labi finēs,  
quibus lumen gratiæ & sæpe etiam  
fidem amittat. Hoc in curiosa & in-  
ordinata rerum diuinarum inquisi-  
tione fit. At quando quis in diuini-  
tatis & perfectionum diuinarum, &  
altissimi Trinitatis mysterij confi-  
deratione, plura inquirere aut co-  
gnoscere nō desiderat, quam fides &  
Ecclesiæ doctrina tradit, sanctorum  
traditionem Patrum in omnibus se-*

S 5      quæ-

quando, terminos ac limites ab ipis  
 positos nec vel latum vnguem trans-  
 grediendo, nihilque de suo sensu il-  
 lis addendo, sed in omnibus subijce-  
 endo se & intellectum captivando  
 ijs, quæ lex à Deo reuelata, nobis de  
 rebus diuinis patefecit; talis diuina  
 naturæ & personarum Trinitatis  
 cōsideratio non reprehenditur, nec  
 periculo obnoxia, sed sanctissima  
 ac perutilis est. atque ad hanc nos  
 sacra Scripturâ, ac doctrina & ex-  
 emplum Sanctorum hortatur. nam  
 propterea mysteria sua & opera nobis  
 reuelauit Deus, vt ipsa sciamus  
 intelligamus, consideremus, & hinc  
 ad eius amorem & fidei suæ obedien-  
 tiam deducamur. Hinc & ipse o-  
 perum suorum varia argumenta, tes-  
 timonia, ac rationes supernaturales  
 & diuinas dedit, vt ipsa sciamus  
 & consideremus, atque ita in ijs, quæ  
 credimus, magis confirmemur.

Quis ingentia & immensa bonorum  
 quæ velut in fonte & radice in  
 Dei cognitione, & attendenda  
 que veritatum de eo reuelatarum

sed fide-  
 lis confi-  
 deratio. v-  
 lissima.

DE  
 cōside-  
 ponat?  
 æterna  
 id est,  
 Nōsse te  
 quens c  
 na est, i  
 rum om  
 timon  
 iam &  
 dix est i  
 fons, è  
 æternâ  
 ipsa co  
 quando  
 ipsa sanc  
 na mer  
 Christu  
 loquen  
 cognosc  
 quem m  
 dicat,  
 viua fi  
 qui veri  
 nigenit  
 & Spir  
 benè c

cōsideratione cōtinentur, dignè exponat: dixit Sap. *Cogitare de Deo, de Sap. 6.*  
 aterna sapientia, *sensus est perfectus,*  
 id est, intellectus nostri perfectio.  
 Nōsete Domine, ait alio in loco loquens cum Deo, *consummata iustitia est,* id est, est causa & fundamentum omnis virtutis & perfectæ san-  
 ctimonix. & amplius: *Scire iustitiam & virtutem tuam diuinam, radix est immortalitatis:* id est, origo & fons, è quo bona opera quibus vitæ aternæ meremur, promanât. Et hæc ipsa cognitio & consideratio Dei, quando à caritate informatur, est ipsa sanctitas, & ipsum gloriæ aternæ meritum. Atque hoc significauit Christus, dum cum Patre suo eterno loquens, ait, *Hæc est vita aterna, vt Ioan. 17.*  
*cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Quasi dicat, In cognoscendo in hac vita viuæ fidei lumine Patrem æternum, qui verus est Deus, & Filium eius vngentum, qui simul cum ipso Deus & Spiritum sanctum (nam sine illo benè cognosci Pater & Filius non





possunt, cum ab utroque procedat, & uiuus cum ijs sit Deus) omnem nostram felicitatem ac gloriam consistere: item in cognoscendo per idem lumen, Filium Dei in mundum uenisse, carnemque humanam ad homines redimendos assumpsisse. Sin hac per fidem caritate uiuam mysterij Trinitatis & Incarnationis cognitione omnis nostra salus & gloria consistat; & cōsideratio huius cognitioni deseruiat, ad eadem scilicet melius cognoscenda, fidemque exercendam animandamque, sequitur, quod omnis noster profectus & summum bonum hinc pendeat, ut maturè, attentè & sedulò mysteriorum diuinitatis & humanitatis Christi considerationi vacemus, fidei quam de ijsdem habemus lumē sequendo, ut veram scilicet hinc pietatem & omnis virtutis fructum hauriamus, quod à Deo Colossensibus desiderabat petebatque Apostolus, dicens. *Non cessamus pro uobis orantes & postulantes, ut impleamini cognitione voluntatis eius in omni sapientia*

Coloss. 1.

XVIII.  
procedat,  
nem no-  
am conf-  
lo per idē  
ndum ve-  
am ad ho-  
fisse. Sin  
m myte-  
rnationi  
salus &  
atio hinc  
dem sci-  
fidem que  
ne, sequi-  
fectus &  
deat, v-  
mysterio-  
maneat  
acemus,  
us lumē  
cet hinc  
fructum  
loffen-  
Aposte-  
vobis o-  
le ammi-  
nmi sa-  
piti-

DE ORAT. MENTALI. 421  
*pientia & intellectu spiritali, vt am-  
buletis dignè Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, &c.*

CAPVT XIX.

*De modo orandi, quem recollectionem & silentium vocant. & qua ratione mysteriorum vite Christi meditationi utilis esse queat.*

**N**ON est propositum, ex pro-  
fesso hic de hoc orandi mo-  
do agere, sed non nisi breui-  
ter ipsum perstringere, & ostendere,  
quorum is sit, & quo adhibendus  
modo, ad euitanda incommoda, que  
ex indiscreto indebitoque eius vsu  
sequi possunt: simul etiam ad decla-  
randum, quomodo vitæ, Passioni scq;  
Christi Domini mysteriorū cōfide-  
rationi adhibere eum oporteat. Hic  
orandi modus in eo situs est, vt oēs  
de creaturis, tam corporalibus, quā  
spi-

Oratio si-  
lentij &  
Recolle-  
ctionis,  
qua.

422 FRANC. ARIAS CAP. XIX.  
spiritualibus cogitationes seponens  
homo, supremum intellectus sui ad  
de Deo duntaxat cogitandum sine  
vllis discursibus & rationibus con-  
uertat: Hunc præsentem intueatur,  
cogitet esse quoddam infinitum, bo-  
nitatem, pulchritudinem, potentiã,  
maiestatem, ac gloriam infinitam.  
dein voluntate ad ipsum amandum,  
illius in bono complacendum, glo-  
ria eius delectandum aliosque actus  
in quibus affectum amoris consilite-  
re diximus, exercendos conuertat-  
tur. Non secus autem ac si quis alium  
attentè audiat eminus, aut ex alta  
quadam turre sibi inclamantem; ita  
anima hæc suspensa & attenta ma-  
net, Deum intuendo, nihil præter  
ipsum cogitans, sed auscultans ipsi,  
quæ sibi interius loquitur. Atque ut  
catellus ante dominum mensæ assi-  
dentem, se collocat, Dominum in-  
tuens quietus manet, & immotus,  
expectans donec panis frustum  
Dominus obijciat; ita hic, anima in-  
finitum bonorum omnium fontem  
Deum intuens, attentè ipsum re-  
spi-

DE ORAT. MENTALI. 423

spiciens ac tacens, id est, de alijs re-  
bus quam de ipso non cogitans, ex-  
spectat donec sibi loquatur, dona-  
que sua, quin & seipsum communi-  
cet. Cum verò animæ huic Deus lo-  
quitur, seque illi communicat, no-  
uam illi lucem dando, qua bonita-  
tem diuinamque suam voluntatem,  
ac diuina mysteria amplius decla-  
ret: cum clariorem sui ipsius cogni-  
tionem dat, vt videat plura in se  
quam ante viderat: cum voluntatem  
incendit, & affectus mouet; tunc in-  
quam hanc à diuina misericordia  
gratiam recipit, & illa gaudet, quã-  
diu cõceditur. Verum cum aliquam-  
diu auscultans nullum responsum  
sentit, sed defatigatur & distrahi-  
tur, seipsam excitare, & amoris af-  
fectus quos diximus, in se efforma-  
re contendat, gratiam ad hoc à Do-  
mino petens, & feruentibus animi  
desiderijs ad Deum aspiret & ge-  
mat, ac in interiori cordis cum ipso  
velut amans cum amante colloqua-  
tur.

Quare di-  
catur Re-  
collectio.

Hic orandi modus dicitur, Re-  
collectio.

Dionys.  
Cayth. lib.  
3. de cont.  
nr. 12.

*collectio.* nam cogitationes & desideria, à varijs rebus, quibus distrahuntur, homo abstrahit, & ad Deum colligit & conuertit, solum de ipso cogitans, & tunc quidem, actualiter illum solum amans & desiderans. Atque vt filius, qui nummos suos in varios debitores distraxit, quibus ipsos mutuò dedit, patre ipso repetente omnes hinc inde colligit, & collectos patri tradit, ita anima cogitatum & amorem, quem in diuersa licet bona distraxerat, ac diuulserat, ab ijs auellit, quò Deo suo potenti ipsum totum tradat. nec vllam hoc ipso creaturis quas amare debet creat molestiam: ita namque, quando opus fuerit, & ipsa petitio, melius eas amabit, puro illas ob Creatorem ipsum amore diligendo.

Quare silentium.

Dicitur & hic orandi modus spirituale silentium: Vt enim quia verbum animæ ipsa est cogitatio, quando imaginatione, aut intellectu hoc in aliud discurret, tunc loqui ipsa dicitur: ita econtra quando de alijs rebus non cogitat, solumque Deum

DE ORAT. MENTALI. 425

Deum quietè intuetur, & (vti dixi- D. Gregor.  
mus) auscultat, tunc in silentio agere lib. 30.  
dicitur. Hæc orandi ratio, dicitur moral. c.  
etiam orare non intellectu, sed vo- 12.  
luntate: non quod hic nihil intelli- Dionys.  
gendum, aut cogitandum sit, verum Carth. lib.  
quod parum quidem cogitandum, 1. de conte.  
sed multum amandum: numquam e- ar. 4.  
nim voluntas amat, nisi amatum in- D. Bonan.  
tellectus comprehendat. Atque ita de myster.  
semper voluntatis affectum aliqua Theol. q.  
intellectus operatio, qua infinitum, vlt.  
quod amat bonum apprehendat, Gerson. de  
præcedit & comitatur etsi hoc sine lucidat.  
aliquo discursu fieri possit ac sine scholast.  
deliberatione nullaq; reflexione ad Quare o-  
considerandum & dijudicandum ea ratio vo-  
quæ amat. Hinc quod S. Dionysius In mysti-  
ad perfectam animæ cum Deo unio- ca Theolo-  
nem, quæ amore fit, opus esse ait, a- gia c. 1.  
nimam omnes intellectus operatio- Dionys.  
nes relinquere, intelligendum est Carth. lib.  
(vt eius exponunt interpretes,) de 3. de cont.  
operatione circa creatura, nõ verò de art. 15.  
illa, qua Creator ipse, qui infinitæ D. Greg. li.  
bonitatis & suauitatis, quam amat 28. moral.  
obiectum est, apprehenditur. Præ c. 13. & in  
sertim 4. & 11.

426 FRAN. ARIAS CAP. XIII.  
fertim eò quòd sicut Deus animam  
ad hanc vnionem sustollens super-  
naturaliter dulcissimo amoris afflu-  
illam accendit, ita & diuinæ clari-  
tatis suæ radijs supernaturaliter illi  
illustret, qua supremum illa bonum  
quod amat, contempletur.

Hic no-  
bilitas.

Hic orandi modus quem declarauimus hic breuiter, nobilissimus & maximè diuinus est, & ad exercendum facilis: nam quoniam discitur nullo & operatione intellectu operari habet, nò tam cito defatigat, maiorique facilitate se in eo diutius anima detinere potest. sed omnium nobilissimus est, nec omnibus consulendus; sed plerumque nò nisi illorum, qui magna diligentia & vitæ puritate diutius rerum diuinarum meditatione exercuere, & varios de eis demeritis intellectus discursus fecere. Primitus autem antequam quis hunc orandi modum exerceat, opus est primò vitæ ac passionis Christi mysteria meditatione pertractasse. His primò homo animi ab omni vitio & passione purgatus esse est, & Christi Domini exemplo

Sed non  
est omniū

De  
folia  
denu  
riri  
cere  
periat  
deuot  
contin  
perseu  
tem  
feriat  
siderat  
festum  
ritè del  
nò idem  
vi dixi  
Dei di  
sio, (q  
ad qua  
num di  
fecto ip  
Dei cor  
nem di  
intelle  
etum: r  
in vol  
nascen  
incen

DE ORAT. MENTALI. 427

solidas conquirat virtutes, ac tum  
 demum hunc orandi modum expe-  
 riri, & aliquoties eum potest exer-  
 cere. In quo si à Deo se visitari com-  
 periat, & intellectum quietando, &  
 deuotione voluntatem incendendo,  
 continuare illum potest: si autè in eo  
 perseveratio, nullà intellectus quie-  
 tem, nullumve voluntatis motum  
 sentiat, ad mysteriorum Christi cõ-  
 siderationem redeat. Et hoc mani-  
 festum est: nam hæc orandi ratio si  
 ritè debiteque exerceatur, est omni-  
 nõ idem quod contemplatio, quæ,  
 vti diximus alibi, est intellectualis  
 Dei diuinarumq; perfectionum vi-  
 sio, (quam quidem fides cõpatitur)  
 ad quam anima se per sapientiæ do-  
 num disponit, quâdo scilicet in per-  
 fecto ipsum gradu possidet. nam hæc  
 Dei cognitio, quam contemplatio-  
 nem dicimus, est doni huius, quod in  
 intellectu versatur, actus & exerci-  
 tium: nascitur autè è charitate, quæ  
 in voluntate consistit, & à caritate  
 nascendo ad magis caritate animam  
 incendendam, & perfectè Deo vni-  
 endam

*In libello  
 de rosario  
 notab. 2.  
 c. 5 & hoc  
 tractatu p.  
 3. c. 16.*

*Dionys. 1  
 Carth. li. 1 de cõ-  
 templ. ar.  
 15. & lib.  
 3. art. 2.*



endam dirigitur. Quare necessari  
est, animam actualiter à Spiritu  
Scto, spirituali eius auxilio coop  
rante, tangi & moueri. nam, vt bea

*In moral.*  
*lib. 5 c. 16.*  
*& lib. 27.*  
*c. 9.*

S. Gregorius ait, sine speciali gratia  
nulla habet ar cōtemplatio, que ma  
ximè supernaturale donum est. Ad  
hæc sicut certum est, vt ad purâ  
contemplationem anima pertinge  
neceffe esse, vt longa & freques  
cedat meditatio tum earum rerum  
quibus moueatur ad compunctio  
timorem, & passionû mortificatio  
nem: tum virtutum, quibus ipsa pas  
getur, & ad tam sublime exercitium  
disponatur, ita & eadem ad sanctum  
hunc orandi modum dignè exercen  
dum requiritur. Non nego tamen  
quin, sicut contemplationis donum,  
interdum imperfectioribus minul  
in via virtutis exercitaris Deus con  
cedit (vt suprâ diximus) ita etiam  
hoc orandi modo id cōtingat. Quo  
re vbi experientia constabit, nō mi  
los interdum, sine tam longa dispo  
sitione præuia, notabilem aliquem  
fructum è sancto hoc exercitio col  
ligere,

*p. 3 c. 16.*

DE  
ligere,  
sed quo  
mittere  
illos via  
fuerit, h  
suis D  
coniug  
eius virt  
maiori q  
proprio  
iudicio &  
peritorum  
quiescant  
  
C  
De tribus  
ua. & v  
tium,  
tum spe  
ves in h  
ratione  
  
FID  
eius  
ben  
& sancti  
mus incip  
Christo A  
ligere,

CAP. XIX.  
necessarii  
piritu  
lio coope  
m, vt bea  
ciali gra  
to, que m  
m est. Ad  
d purā De  
pertinge  
reque  
rum reru  
punctio  
ortificatio  
is ipsa pas  
exercitum  
ad sanctum  
ē exercit  
go tamen  
is donum  
is minis  
Deus con  
a etiam  
gat. Qu  
it, nō m  
ga dispo  
a aliquem  
cicio col  
ligere,

DE ORAT. MENTALI. 429

ligere, nō propterea impediēdi sūt,  
sed quod cepere vt prosequātur per  
mittendi. Signū quippe est, Deū hac  
illos via deducere velle. expediēs tñ  
fuerit, huic orādi modo vitæ & Pas  
sionis Dominicæ meditationē illos  
coniungere, vt hinc perfectissimarū  
eius virtutum imitationem eliciāt,  
maiori; securitate in eo procedāt:  
proprio autem hic non innitantur  
iudicio & beneplacito, sed virorum  
peritorum doctorumque cōsilijs ac  
quiescant.

CAPVT XX.

*De tribus vijs, purgatiua, illuminati  
ua, & vnitua ad tres status incipiē  
tium, proficientium & perfectio  
rum spectantibus. & quomodo ha  
tres in horum mysteriorum conside  
ratione exercenda.*

**F**IDELIVM Deo seruientium, Tres stat  
eiusque gratiam & amorē ha- ni in cum  
bentium tres sacra Scriptura- bentium.  
& sancti Patres gradus statuunt. Pri- Primus  
mus incipientium, quos paruulos in incipien  
Christo Apostolus vocat, quib. lacte, Hebr. 5.  
id est,

2. Proficientium.

1. Reg. 2.

Hebr. 5.

3. Perfectorum.

Matth. 19.

Matth. 5.

id est, facili & plana doctrina opus  
 fit. Alius proficientium, in que virtutibus per illarum exercitium crescentium, vti Scriptura notat de Samuele puero agēs, Puer Samuel proficiebat atq. crescebat & placebat tamen Domino, quā hominibus. Tertius perfectorum est, quos solido cibo, id est, doctrina sublimiori & mystica opus habere Apostolus ait. Ad hunc gradum inuitabat adolescentem Christus cum consuleret, Si vis esse perfectus, vade, vende que habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Atque ad hoc fideles omnes adhortatur dicens, Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Varij hiis gradibus ascendunt, qui paruum caritatem habent, dicuntur incipientes: qui eadem crescunt, & perfectam nondum sunt affecti, proficientes: qui perfectam habent, perfecti. atque illi mandata diuina integrè custodiunt, simul & varia consilia pro suo quaque statu sequuntur, magnaque contentione & vigilantia, Deo dante

DE  
 maior  
 giunt.  
 unt.  
 seruat  
 verè in  
 Hi q  
 pro var  
 bet hab  
 more vi  
 hic, duo  
 quæ per  
 amorem  
 veheme  
 honores  
 deinde c  
 bus boni  
 pe sape,  
 & morti  
 rum sent  
 amorem  
 laborem  
 & tamen  
 cere statu  
 consenti  
 exercitio  
 randas ar  
 statum in

DE ORAT. MENTALI. 431

maiores culpas simul & minores fugiunt, quæq; Deo placita sunt, faciunt. Vnde Ioannes Apostolus, *Qui 1. Ioan. 2. seruat verbum eius (Iesu Christi sc.)*  
*verè in hoc caritas Dei perfecta est.*

Hi quoque tres status diuiduntur pro varia dispositione quam quilibet habet ad se cum Deo perfecto amore vniendum. Notandum autem hic, duo esse, generaliter loquendo, quæ perfectam hominis cum Deo per amorem vniorem impediât. Primò Impedi-  
vehemens in voluptates & delicias, *mèta per-*  
honestates, opes vitæ huius affectus: *fecta vni-*  
deinde difficultas & labor in operi- *onis cum*  
bus bonis exercendis. Còtingit quip- *Deo, duo*  
pe sæpe, vt seruus Dei post superatû *generalia*  
& mortificatum ingentem volupta-  
rum sensualium & omnis rei viciose  
amorem in virtute tamen exercenda  
laborem, ac difficultatē experiatur:  
& tamen efficaciter vitijs valēdi-  
cere statuat, nec tentationibus eorū  
consentire, tamen ad difficultates in  
exercitio virtutū occurrentes supe-  
randa animū nō habeat. Primum ad  
statum incipientiū spectat, cuius est  
fuge-

In primo  
est Inci-  
ipientium  
lucta.

fugere peccata, resistere tentationibus, passiones prauas & inclinationes mortificare, deniq; ab iisdem & à vitijs omnibus animam purgare atq; hoc pacto primum amoris diuini tollit homo impedimentum, & remotius se ad perfectam cum Deo vnionem disponit. Alterum ad proficientium statū pertinet, animosē se. ac generosē virtutis difficultate amplecti viriliter ac violēter mediis quib' eadē cōparatur exercere, quæ lia sūt, cōtraria & aduersa tolerare & molesta eligere ad patientiā cōparandā: humiliations sectari, ipsas se offerre, contemptibilia ambire ad humilitatem consequendam: operum misericordiæ præstare caritatis ad piscendæ causa. quin & discretè inter bonum ac malum, inter bonum melius, & magis expediens discernere: & in iisdem operibus & virtutum exercitijs diligentiam & perseverantiam adhibere. Hoc est, novam iam in anima renouatam diuinam lucem, qua legis diuinæ veritas magis illis confirmetur, & in

In altero  
proficientium.

DE ORAT. MENTALI. 433

metur, & in volūate amorē eximiū  
erga omnē bonitatē, ac virtutē, sua-  
nem castitatis odorem, gustū & cō-  
solationem in operibus caritatis, &  
torius hominis interioris renouati-  
onem experiri. Atque hoc faciendo  
secū dum perfecti amoris diuini im-  
pedimentū nempe in exercenda vir-  
tute difficultatē & laborē auferunt.

Hisce duobus impedimentis sub-  
latis, quorum primum incipiētium,  
alterum proficientium est, sequi-  
tur status perfectorum, quorum est  
Deo ardentissimo se amore vnire,  
ipso delectari, magna que pace &  
quiere in ipso quiescere.

Iuxta tres hosce status distinguū-  
tur tres illæ viæ: Purgatiua, Illumi-  
natiua, & Vnitua. quę tria sunt ope-  
rum bonorum genera, & tres virtu-  
tis exercendæ modi. Exercitia viæ  
Purgatiuæ, quæ ad incipientes spe-  
ctant, sunt dolor de peccatis, pœni-  
tentia, ieiunia, disciplina, cilicia, &  
alii rigores; atque hisce purgatur &  
mundatur à vitijs & passionib⁹ ani-  
mæ. Meditationes huius viæ sunt, de

T  
gravi-

Vtroque  
superato,  
Perfecto-  
rum sta-  
tus proce-  
dit.

Dionys.  
Carthus. li.  
1. de con-  
temp. ar.  
18 & 21.  
& lib. de  
profect.  
spiritual.  
ar 10.  
Purgatiua  
via est  
Incipien-  
tium.

grauitate peccatorū, quò de ijs dolor concipiatur: de morte, ad omnes delicias, honores, & opes mundi contemnendas: de iudicio, inferno, ad interiorem dolorem & exteriorum rigorē ob peccata assumendum, pēna temporali æternam, & longos purgatorij cruciatus breuibus vite

Illumina-  
tione, Pro-  
Scientiū.

huius laboribus compensando. Vita  
Illuminatiuæ exercitia sunt, medi-  
quibus solidæ virtutes compar-  
tur, exequi, & in ijsdem fortiter  
viriliter permanere, donec earum  
habitus habeatur, quò facilius & sub-  
uius exerceantur: aded vt qui, dum  
in incipientium statu esset, iniurias  
& contumelias non nisi difficillime  
perfererat, iam easdem libenter re-  
cipiat, amet, omniaq; aduersa ac  
ac sereno animo perferat, & in  
mundi procellas pacem & tranqui-  
litem custodiat. Meditationes  
hunc statum spectantes sunt de  
& passione Christi & sanctorū,  
beneficijs diuinis ac donis cœlesti-  
bus. Dicitur autem Illuminatio, q  
virtutes animæ sint lux, & vna cum  
ipfis

DE ORAT. MENTALI. 435

ipsis magnam ipsa lucem & clarita-  
tē recipiat. hinc & iusti filij lucis ap-  
pellatur. nam, vt Deus per essentiam  
lux est, & quidem infinita: vbi animā  
iple a vitijs puram & virtutibus ex-  
ornatam viderit, insigni quadam ra-  
tione illi se communicat, copiosam  
cōfert lucem, & dulcissima spiritus  
sui vnctione illā omnia cognitu ne-  
cessaria docet, quin & reliqua Ecce-  
siaz Catholicæ media huc dirigit,  
qualia sunt obedientia maiorū, san-  
ctorum doctrina, sapientiū consilia,  
& reliqua quæ suavis diuinæ proui-  
dentiæ dispositio requirit. Viq̃ Vniti-  
uæ exercitia sunt, magna in luce vir-  
tutum & donorū spiritus sancti, quæ  
in profectus sui statu seruus Dei sibi  
comparauit, mundis animæ oculis  
Dei diuinitatē, infinitam eius pul-  
chritudinem, ac reliquas perfectio-  
nes contemplari, præsertim incom-  
prehensibile Dei esse, ac feruentissi-  
mo eius amore penitus incēdi, crea-  
ta omnia & seipsū transcendere, in-  
tegrè & perfectè Deo se vnire, sua-  
uissimo amoris affectu in ipsum se  
trans-

1. Theff. 5.  
1. Ioan. 1.  
Greg. 1. 23.  
mor. c. 13.  
in 4.  
Reg. c. 4.  
II.

Vnitina,  
Perfecto-  
rum.



Phil 4.

transformare, & in ipso in pace illa  
& tranquillitate pulcherrima, quæ  
*exuperat omnem sensum*, requiescere. Hæ sunt tres viæ, triplici statui  
quem diximus, correspondentes.

Duo circa hoc aduertenda sunt, primò, quòd quamuis hæc quæ diximus exercitia, præcipua, & meditationes cuique horum statui propriae maximè sint; non ita id tamen intelligendum quasi vnusquisque statui hæc exercitia & meditationes tantum & non alias habere debeat. constat enim, non modò incipientes, sed & proficientes & perfectos pœnitentias & asperitates vsurpare, quin & peccatorum grauitatem, mortem, & infernũ meditari posse. Quin & incipientes ac proficientes perfectiones diuinas contemplari, & suauem cum Deo vnionẽ procurare possunt; sed ideo hæc exercitia & meditationes distinguuntur, quo cuique statui attribuuntur ea quæ illi magis propria & necessaria sunt. Nam etsi pœnitentiæ vtilis & necessariæ sunt omnibus, incipientibus tamẽ quàm maximè,

DE ORAT. MENTALI. 437

ximè, quò & vitia pellant, & passio-  
nes suas acriores mortificét. Et licet  
peccatorum, mortis, inferniq; cõsi-  
deratio omnibus omnino necessaria  
sit, incipientibus tamen magis con-  
venit, magisq; necessaria est. Et per-  
fectionum diuinarum cõsideratio-  
nes quamuis etiam ab incipientibus  
& proficientibus exerceri queant,  
propria tamen sunt perfectorũ, qui  
ad perfectam cum Deo vnionem ap-  
tiores & magis dispositi sunt.

Aduertendũ secundò, quod valde  
ad propositum nostrum spectat, in  
sancto hoc mysteriorũ vitæ & pas-  
sionis Christi meditadorum exerci-  
tio, reperiri, quidquid ad hosce tres  
status spectat: quia è vitæ & passione  
Dominica (vt suprà declarauimus)  
dolor peccatorum, diuitiarũ, hono-  
risq; contemptus, & passionũ mor-  
tificatio, eruitur; quæ spectat ad sta-  
tum incipientium. Trahitur etiam à  
Christo omnium virtutũ exemplũ,  
simul & media quibus comparatur;  
quæ proficientium statui congruunt:  
atq; inde ad perfectionũ diuinarum

Medita-  
tio my-  
steriorũ  
vitæ ac  
Passionis  
Christi,  
omni sta-  
tui & vi-  
tæ utilis.

438 FRANC. ARIAS CAP. XX.  
contemplationē, quæ perfectorum  
status est, ascenditur. Atque ita est  
bonū & vtile sit, meditationes cui-  
que statui maximè proprias interdū  
assumere, at ijs qui vitæ & passioni  
Christi exercitiū vsurpant, plerum-  
que hoc minimè est opus: nā in hoc  
reperiunt omnia. Et sanè cōuenient  
admodum est, quòd, quandoquidem  
ita sacratissimam hanc humanitatem  
Deus honorauit, illam diuinæ suæ  
personæ uniēdo, & velut instrumē-  
tum, ad bonum nostrum operā dum  
vsurpando, nos quoq; vicissim eam  
honoremus, & pro viribus veneremur,  
omne nostrum bonum per eam  
quærendo, ea semper vtendo, vt est  
horum mysteriorum consideratio-  
ne omnes sanctos affectus, nobis ne-  
cessarios & vtilēs eliciamus, idque  
ab eo tēpore quo primū Deo ser-  
uire cœpimus, donec vitam in eius  
gratia absoluaemus, & morte mor-  
tua ad gloriam eius transi-  
eamus,

*De examine post orationem instituen-  
do, de horum documentorum spiri-  
tualium vsu, deque recurſu ad pa-  
nem spiritualem.*

**O**RATIONE tempore debito  
peracta, expediens fuerit, ser-  
uum Dei ad se conuerti, &  
orationis successum examinare. Vi-  
deat, an iuxta documēta à nobis hic  
tradita, aliqua fuerit in re negligē-  
tia, an materiam meditandam bene  
disposuerit, an eius defectu aliquod  
in principio tēpus perdidit, an va-  
nis cogitationibus locum dederit, à  
somno vinci se sinerit, superfluos  
intellectus discursus habuerit, in o-  
ratione iners & remissus fuerit, af-  
fectus exercere voluntatis neglexe-  
rit, debitam humilitatē in oratione  
adhibuerit, ea puritate intentionis  
qua oportuit ad eam accesserit, ma-  
gis propriam consolationem, quàm  
Dei beneplacitum sectando: Aliqui Nō, quā  
do sit.  
interim dum orationi vacant, ipsam  
examinare cōtendunt, & reflectētes

Examina-  
da oratio  
quando  
finita est.

excutiunt an debitè orent, an attentè sint, an affectus habeant, de què peccatis doleant, an admirètur & amet. sed his similibusq; dum intendunt, distrahuntur, & orationis filum abruptū amittunt. Atq; vt qui harmoniam optimè temperatam & còcordem audit, si inter audièdum examinare secū voluerit, num cātores artis regulas seruent, an verò in easdè impingāt, ipsius gustū & suauitatem amittit: ita qui inter orandum ad se reflectūtur, respiciètes an rite orēt, quos affectus habeant, an bonæ orationis seruent regulas, orationis attentionem & gustum amittunt. Propterea interim dū quis orat, hocce examen eum peragere, hancque reflexionem quam diximus facere, minimè par est, sed diligenter attendere ad ea quæ meditatur. Quantò autem attētior fuerit eis quæ contēplatur, & quantò intellectum quietiorem & magis suspēsū habuerit, voluntatemque inflammatoriè, tantò minus aduertet ad ea quæ agit. Hinc S. Antonius, referēte Cassiano, aiebat, nō est per-

*Simile.*

*Collat 9.  
c. 13.*

p. XXI.  
n attent  
eque pec  
& amēt.  
rendunt,  
filum ab  
i harmo  
& cōcor  
n exami  
tores ar  
o in eadē  
auitatem  
lum ad se  
rite orēt,  
onā ora  
ionis at  
unt. Pro  
t, hocce  
acque re  
cere, mi  
attēder  
d autem  
eplatur  
orem  
olunt  
d minus  
ic. At  
ebat, nō  
est per-

DE ORAT. MENTALI. 441

est perfecta oratio, in qua seruus Dei intelligit quæ orat. Id est, quando oratio fuerit vti debet, is qui orat, ad eò attentus est & suspensus ad ea quæ orat aut contēplatur, vt nō reflectatur videns quid oret, aut cōtemplatur. Quapropter vt hoc incōueniens fugiatur, inter orandum hoc examen nō instituat, sed, vt dixi, in finem orationis cōijciatur. Si quis dederit benè successisse, & fructum inde aliquem collectū, à Deo datum agnoscat, & hoc nomine gratias agat, se hac gratia indignum cōfitens, & pluribus Deo idcirco nominibus deuinctum: si quid autem peccatum sit, sua id accidisse negligētia agnoscat, & erubescēs veniam petat, deinceps emendationem promittens.

Notandum etiam, quòd quamuis in hocce breui de oratione mentali compēdio, vt in alijs de hac materia libris fieri solet, ordinē & regulas ad benè orādum, & insignem inde fructum colligēdum dederimus, si tamen contingat, aliquem dum ad orādum se componit, huius ordinis

T 5 obli-



obliuisci, aut aliqua ratione has-  
regulas & documēta transgredi, verbi  
gratia preparatiōē omittendo, nec  
initio orationis se humiliando, nec  
gratiam petēdo, vti faciendum sub-  
simus, non propterea turbari debent  
aut angī. Docem<sup>9</sup> enim id quod me-  
lius & vtilius: & plerumque facerē  
hæc solitus, licet interdū in aliquo-  
bus erret, non propterea orationis  
fructum amitter. Neque enim De-  
liberalitas hisce alligata est regulis  
sed si homo simpliciter & sincerē  
cum desiderio benè faciendi procedat,  
etsi aliquorum obliuiscatur, non  
propterea diuina illum gratia vtili-  
tate desinet; his tamen non obsta-  
tibus par est, vt homo quantum  
ex parte sua, semper quod melius &  
vtilius sectetur.

*Præter li-  
bros spi-  
rituales,  
habēdus  
& magi-  
ster.* Quin etiam Dei seruo impri-  
vtilē, vt aliquem magistrum spiri-  
tualem, tam in hoc orationis enu-  
citio quàm in reliquis vite Christi-  
næ rebus cōsulat. Nam etsi libri  
de re agentes vtilissimi sint, & in-  
signem in omnibus lucem adferant,  
nou

DE ORAT. MENTALI. 443

non tamen omnes eorundem capaci-  
ces sunt ad intelligendum omnia,  
singula que suis locis & pro subiecti  
dispositione applicanda. Propterea  
vile fuerit, præter libros habere vi-  
vum aliquem magistrum & patrem  
spiritualem, qui in omnibus diri-  
gat, cui credas quem sequaris, illius  
consilia ac documenta velut à Deo  
data accipiendo. Nam, vt egregiè  
Vincentius Ferrerius ait, certissi-  
mum est, hominem, patrem haben-  
do spiritualem, quem sequatur &  
obediat in omnibus, tam parvis  
quam magnis, brevius & facilius ad  
virtutis perfectionem pertingere,  
quam summo cum ingenio, intel-  
lectus acumine, librorum, in quibus  
totum virtutum ædificium perdi-  
scat, lectione. Quibus ille verbis  
ostendit quanti referat documenta  
consiliaque patris spiritualis sequi,  
& maioribus obedire. de quo ià ali-  
bi nonnulla diximus, & post dice-  
mus. Ad consequendum autem fi-  
nem, quem sancto hoc diuinorum  
mysteriorum exercitio intendimus,

scili-

*Tract. de  
vita spi-  
rit. cap. de  
obed.*  
*In tract.  
de imit.  
Virgin. c.  
33. & 34.  
& hoc  
tractat.*



444 FRAN. ARIAS CAP. XXI.  
p 1. c. 2. *in appen- dice de bono sa- cramen- torum vsu c. 11.* scilicet ad benè meditandum, & il- lius adminiculo perfectâ cum Deo vnionem, quæ perfecta fit caritate, obtinendam, præter media quæ sug- gessimus, vtilia etiam futura sunt temperantia in victu, potu, somno, exercitia pœnitentiæ, deliciarum superfluarum & curiositatum fuga, omnium passionum victoria, humi- litatis & omnium virtutum orna- tus, quorum non pauca in alijs tra- ctatibus declarauimus, reliqua au- tem, quæ ad materiæ huius comple- mentum requiruntur, in alio de mortificatione tractatu, Dei gratia, ape- riemus.

F I N I S.